

Bernhard Ludwig Königsmann


**De Navigationis Solomoneae Terminis Tharsisa Et Ophira Recte Atque Ordine
Constituendis Prolusio : Qua Explorationem Iuventutis Litterariam In Athenaeo
Flenopolitano A. D. X. Calend. Mai. MDCCC. H. L. Q. C. Suscipiendam ;
Ultimasque Nonnullorum Eius Scholae Alumnorum Orationes Eodem Et Loco Et
Die Habendas**

Slesvici: Serringhusianus, 1800

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819305014>

Druck Freier  Zugang







48-6.

F. c. - 1079,
F. c. - 1079.

Ant. Spod. Agrostis
Rostock im Nov. 1828.



DE NAVIGATIONIS SOLOMONEAE TERMINIS
THARSISA ET OPHIRA
RECTE ATQVE ORDINE CONSTITVENDIS
PROLVSIO



QVA
EXPLORATIONEM IVVENTVTIS
LITTERARIAM

IN
ATHENAEO FLENOPLITANO

A. D. X. CALEND. MAI, c1010ccc,

H. L. Q. C.

SVSCIPIENDAM

VLTIMASQVE

NONNVLLORVM EIVS SCHOLAE ALVMNORVM
ORATIONES

EODEM ET LOCO ET DIE HABENDAS

INDICIT

BERNH. LVDOV. KOENIGSMANN

SCHOLAE ILLIVS RECTOR

SLESVICI

EX OFFICINA SERRINGHVSIANA c1010ccc,

DE NAVIGATIONE COLONIAE TERMINIS
RECTE ATQUE ORDINE CONSTITUENDIS
PROPOSITIO

EXPLICIT ORATIONEM VIVENTIS
ILLI TERRARUM

ATURNANO FIENOPOLIANO

MONNILLIUM ET ALIUM
ORATIONES

DE REBUS IN BOVA KONTINENTIA
REHENS ALIIS REBUS

EX OFFICINA BERLINGHIANA
C. 1700

Memoriae proditum legimus a scriptoribus sacris, classem mercatoriam a Solomone esse paratam, quae cum ex sinu Arabico, nautarum Phoenicum ope, non Ophiram magis, quam Tharsisam adiisset, tertio quoque anno redux magnam vim auri et argenti aliarumque rerum pretiosarum consuerit apportare. De utraque illa itineris suscepti meta mirifice inter se discrepant virorum doctorum, in his summorum quoque hominum sententiae. Unde nulla fere est orbis antiqui ora paullo nobilior, ubi non alterutram quaesiverit eorum virorum aliquis. Immo quidam adeo non diffisi sunt felicitati suae, ut in ipsa America, si non ambas; at vnam certe reperisse sibi viderentur. Vicit tamen ea opinio, quae in occidentali Europa Tharsisam; Ophiram in australi vel Asia, vel Africa collocat. Et priorem nunc plerique faciunt Tartessum, Hispaniae Baeticae urbem; posteriore vero aut Arabiae adscribunt, aut pro Taprobane insula habent, aut denique Sophalam Africae meridianaе hodiernam esse existimant. Nos Tharsisam et Ophiram cum eidem mari adiacere arbitremur, atque etiam hac illius contineri partem: in praesentia paullo diligentius exponere decreuimus, quibus commoti rationibus in eam sententiam fuerimus adducti *). Principio autem id agemus, ut Tharsisae locum assignemus suum. Quo facto, de vero Ophirae situ non nimis arduum erit decernere.

A 2

Sed

- 1) Non ad manum erat, cum haec scriberem, Michaelis spicilegium geographiae Hebraeorum exterae. Id tamen postea nactus non inueni, quae a sententia suscepta me abalienarent. De Tharsisa quidem, quoad hanc non Tartessum esse reor, mecum facere noram Venerab. Henslerum, Clarissimum apud Chilonienses Theologum. Sed nec huius eam in rem praeclare monita adire mihi contigit, nisi commutatione ista iam paene ad umbilicum perducta. Videant igitur lectores Viri Doctissimi Iesaiam, Germanice conuersum ac scholiis illustratum p. 321. sqq. eiusdemque observationes in Psalmos et Genesim p. 337. sqq.

Sed quoniam communis de Tharsisa opinio tot eximios habet ad stipulatores ac vindices: ne frustra ab eorum auctoritate recessisse videremur, ante omnia paucis ostendere placuit, Tharsisam non posse esse *Tartessum*. Igitur dubio caret, traiecturos ad illam Hebraeos Phoenicesque ex *sinu Arabici* portu soluisse²⁾. Non autem est consentaneum, ut Tartessi petendae causa *totam fere Africam* circumnavigauerint utriusque, cum a maris mediterranei ora profectis peruenire eo liceret via multis sane partibus breuiori. Quid? quod talis Africae circumuectio, ante imperantem Babylonis Nabopolassarum, Nabuchodonosori patrem, a nemine ququam vnquam peracta est, si modo recte Herodotus³⁾, cum Africam iussu Neci, Aegyptiorum regis, Nabopolassaro illi aequalis, ambitam esse tradidit a Phoenicibus quibusdam, ex mari rubro in oceanum australem occidentalemque progressis, atque inde per columnas Herculeas ad Aegyptum reuersis, si ergo tum haud temere addit ille: *αὐτῶ μὲν ἡ Λιβύη ἐγνώσθη τοπρωτον*, *Sic quidem Africa primum est cognita?* Quod ipsum narrationis ea de re suae principio paulo disertius expresserat hunc in modum: *Λιβύη μὲν γὰρ δημοῖα αὐτὴν εὐσα περίεργτος, πλὴν ἔσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίην οὐρίξει, Νεκῶ, τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, πρώτου, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, καταδέξαντος, Africa enim manifeste est circumflua, nisi qua contingit Asiam: id quod eorum, qui nobis innotuere, primus docuit Necus, Aegyptiorum rex.* Atqui si iam aliquot ante saeculis non semel; sed *tertio quoque anno* Africam nauibus circumiuisent Phoenices: vsque adeo etiam his ipsis excidisse tantae rei memoriam, ut ne dicti quidem regis Aegyptii, nedum Herodoti aetate quidquam amplius haberent, quod referre aliis de eo itinere possent, nemo facile sibi persuadeat, praesertim cum ad illam diem rei maritimae terrarumque notitiam potius continua apud eos incrementa cepisse, quam vlllo modo deminutam esse constet.

Ve-

2) Vid. I. Reg. XXII, 49. coll. 2. Paral. XXI, 36. sq., itemque I. Reg. IX, 26. sq. et 2. Paral. VIII, 17. sq.

3) IV, 42.

Verum nec ita respondet *Tartessi* nomen Hebraeico טַרְטַס , ut ab eodem fonte ductum videri debeat. Quod vel in primis apparebit exquirenti, quænam proprie Hispaniæ Bæticae vrbs eo nomine sit insignita. Etenim tres omnino a veteribus sic appellatae reperiuntur. Harum vna tribuitur *Tartessidi insulae*, gemino *Bætis* ostio circumfusae. Reliquae duae sunt *Gades* et *Carteia* 4). Primam fere existimant veram *Tartessum*. In quo nos diuersum sentire non diffitemur. Quippe illam non magis existisse censemus *Erythia* quadam insula, quam in vicinia sitam volunt haud pauci, quamque pariter *Tartessidem* vocari tradit *Eratosthenes*. 5)

De hac quidem *Plinius* 6): *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat (Gadis insula) 7), passibus fere centum altera insula est —. Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia*. Etiam *Strabo* 8) *Erythiam* istam παραβυζία σταδία vnius *stadii* freto diuisam esse scribit a *Gadium* insula. At qua *terram* spectabat haec, eodem *Strabone* 9) auctore, et ipsa vnius tantum *stadii* spatio ab illa dirimebatur. Vnde *Mela* 10) *Gades a continenti angustio spatio et veluti flumine abscissas* prodit, subiiciens quoque, dicta a parte *paene rectam* eas *ripam* agere. Non igitur ab hac iacere potuit alia insula, *stadio vno* propius ad continentem accedens. Potius *Erythiam* permutatam liquet cum *Gadibus*, utpote tantae plane latitudinis freto a terra seiunctis, quantae ab harum latere, in illam vergente, distare perhibetur *Erythia*.

A 3

Quod

- 4) Vid. *Bochart*. *Chan.* I, 34. opp. T. I. col. 606. extr.
 5) ap. *Strab.* I. III. p. 221. B.
 6) *hist. nat.* IV, 22. extr.
 7) Effato isti non refragatur *Strabo*, cum ait I. III. p. 257. C. $\text{Ἐρυθρίαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερικύδης —, ἄλλοι δὲ τὴν παραβυζηνίην ταύτην τῆ πόλει νῆσον, παραβυζία σταδία διεγχομένην, Erythiam Pherecydes appellare Gades videtur; alii vero adiectam huic ciuitati insulam, vnius stadii freto disiunctam. Sita quidem erat vrbs Gades non in eo cognominis insulae latere, quo Hispaniam haec spectat; verum in contrario prorsus. At enim *Strabo* non urbem; sed insulam *Gades* a *Pherecyde* dictam vult *Erythiam*. Ex quo efficitur, ut sequens ταύτη τῆ πόλει notare debeat non huic urbi; verum huic ciuitati, toti scilicet *Gadium insulae*.
 8) Vid. nr. anteced.
 9) I. III. p. 257. C.
 10) III, 6. pr.$

Quod autem Gades δύο νήσους, duas insulas complecti ait Scylax ¹¹⁾, eademque multitudinis numero τὰ Γάδερα et Gades appellantur, id hanc causam habet, quod duas eae paeninsulas efficiebant ¹²⁾. νήσων enim pro χερσονήσῳ adhiberi tralatitium est. Itaque illas et re vera Erythiam aut Erythraeam usurparunt veteres nonnulli, veluti Pherecydes ¹³⁾, Apollodorus ¹⁴⁾ et Solinus ¹⁵⁾. Tamen hoc ipsarum nomen solis poetis debetur, qui Herculem Graecum in eas venisse finxerunt, licet Geryonis boues non inde; sed ex finis Ambracii litoribus per eum abactas referat apud Arrianum ¹⁶⁾ Hecataeus. Hinc qui Erythiam diuersam aliquam a Gadibus oceani insulam putarunt geographi, in positu eius definiendo mirum quantum inter se dissident, Mauritaniae illam Ptolemaeo ¹⁷⁾; Mela ¹⁸⁾ Lusitaniae; aliis alii orae adiungentibus. Et vero boues Geryoneas ex Erythia per Herculem abductas esse, cum negauit etiam Aristoteles ¹⁹⁾, fretus ille quidem columnae cuiusdam antiquae inscriptione, οὐδὲ γὰρ, inquit, ἐν τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Ἰβητίαν τόποις ὄδαμον τοῦ ὀνομα λέγεσθαι φασὶ τῆς Ερυθρίας, Neque enim in Africae et Hispaniae locis usquam memorari aiunt nomen Erythiae.

Similis ratio est eius Tartessi, quam duplici Baetis ostio interiectam perhibent. Ptolemaeus non modo silet hanc; sed agnoscit quoque vnum duntaxat Baetis ostium, quod ἀνατολικὸν appellat ²⁰⁾, non quasi aliud eo magis occidentale fuerit; sed quia inferior fluminis pars ab occasu in orientem flectitur. Sic idem paullo ante pari de causa et Anae eiusmodi ostium tribuit, quamuis non nisi vnum ei assignans. Quid ergo? An Baetis duobus capitibus oceano iunctum fuisse negabimus? Non certe. At primum brachio ipsius ei, quod ἀνατολικὸν vocat Ptolemaeus, ab oriente porrigebatur alterum illius ostium. Deinde hoc proprie non ostium; sed aestuarium fuit, quod veri ostii speciem referebat. Scilicet tale aestuarium praeter Astam

et

11) peripl. p. 1. et p. 49.

13) ap. Strab. l. III. p. 257. C.

15) polyhist. cap. 23.

17) geogr. IV, 2. extr.

19) de mirab. auscult. opp. T. II. p. 1104. med. (Aurel. Allobr. 1606.)

20) geogr. II, 4. pr.

12) Vid. Melam III, 6. pr.

14) biblioth. II, 5, 10.

16) de exped. Alex. II, 16.

18) III, 6. pr.

et Nebrissam pertinebat ad lacum Libyftinum vsque, per quem Baetis in mare emittebatur. Strabo ²¹⁾: ἐξῆς δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμὴν, καὶ ἡ κατὰ Ἀστὰν καὶ Νέβρισσαν ²²⁾ ἀνάχουσις, Sequitur Menesbei portus, quem vocant, quodque iuxta Astam et Nebrissam est, aestuarium. Vnum idemque aestuarium dicit, quod ab Asta longius ad orientem versus procurrens Nebrissam urbem alluebat. Vnde Ptolemaeus ²³⁾ in hac ora persequenda commemorat tantummodo τὴν κατὰ Ἀστὰν εἰσχουσίαν, quod ad Astam inuenitur, aestuarium. Praeterea idem Strabo ²⁴⁾: πόλεις δ' ἐκτίσαν ἐπὶ τῶν ἀναχούσεων (τῆς θαλάττης) — τούτων δ' ἐστὶν ἡ τε Ἀστὰ καὶ Νέβρισσα — καὶ ἄλλαι πλείους, Urbes condiderunt ad marina haec aestuaria. Inter eas sunt Asta et Nebrissa pluresque aliae. Ac dicit Plinius ²⁵⁾: Inter aestuaria Baetis oppidum Nebrissa — et — Asta. Baetis aestuaria appellat et marinum illud, et lacum Libyftinum ²⁶⁾, qui supra Nebrissam ab exundante Baeti in loca vicina diffusus cum marino hoc aestuario coibat. Erant autem talia maris aestuaria, vt pluribus docet Strabo ²⁷⁾, in hoc tractu ipsis fluminum alueis longe simillima. eundemque nauigantibus vsum praestabant. Hinc Mela ²⁸⁾ de Baeti: Post ubi non longe a mari grandem lacum fecit, quasi ex uno fonte geminus exoritur, quantusque simplici alueo venerat, tantus singulis effluit. Nempe alter eius alueus efficiebatur aestuario illo, quod ultra Nebrissam in lacum Libyftinum deferebatur.

Quo constituto, Gadium insula etfi vtrique Baetis capiti non e diametro erat opposita (nam aliquanto magis declinabat ad austrum): tamen ad eiusmodi situm sat prope accedebat. Quare et „e regione ostii fluminis Seuillani” siue Baetis reapse eam ponit Abulfe.

21) I. III, p. 206. A.

22) Hanc lectionem suggerit vetus interpretatio Latina, Basileae 1549: a M. Hoppero in lucem emissa, et repetita Amstelod. 1652. 12. Quae repetitio p. 252 habet sic: „et ad Astam et Nebrissam aestuaria”. Recensio quidem Casauboniana, καὶ Νέβρισσαν illud non repraesentans, post ἀνάχουσις otiose admodum intercit καὶ ἀναβρασις, quod ex corrupto isto καὶ Νέβρισσαν enatum et huc tractum esse patet. Vnde et aestuaria eiusmodi descripturus Strabo statim addit: λέγονται δὲ ἀναχούσεις (non autem ἀναχούσεις καὶ ἀναβρασις) αἱ — κοιλάδες κ. τ. λ.

23) geogr. II, 4. pr.

24) I. III, p. 211. C.

25) hist. nat. III, 1. med.

26) De eo vid. Boch, Chan. I, 34. col. 604. sq.

27) I. III, p. 210. sq.

28) III, 1. pr.

fedā²⁹⁾. Similiterque apud Strabonem³⁰⁾ Stesichorus *Geryonis armentum fuisse natum* αἰτ σ χ ε δ ὄ ν ἀ ν τ ι π έ ρ α ν κ λ ε ι ν ᾶ ς Ε γ ρ υ θ ι α ς, Τ α ρ τ η σ σ ο ῦ π α τ α μ ο ῦ π α ρ ᾶ π η γ ᾶ ς, *propemodum e regione illustris Erythiae, iuxta fontes Tartessi amnis. Vbi Baetis ab antiquis Tartessum appellari monet Strabo, et Erythiam a Stesichoro pro Gadibus insulisque vicinis dictam arbitratur. Sed vnas Gades intelligi vel ex epitheto apparet. Denique etiam ipse Strabo*³¹⁾ τ η ς ἐ κ β ο λ ῆ ς τ ο ῦ Β α ι τ ῖ δ ο ς π λ η σ ῖ ο ν ἴ δ ε σ θ ε ν, *prope Baetis ostium sitas esse ait Gades. Quare cum insula ista vnus tantum stadii interuallo a continenti disiungeretur: e longinquo duntaxat eam contuentibus videri debuit inter ipsa Baetis ostia iacere. Atque ea species haud dubie opinioni locum fecit, qua Tartessidem insulam, magna et opulenta quadam Tartessi vrbe conspicuam, duplici illo Baetis ostio coërceri existimabant. Huiusmodi enim Tartessus reperiebatur in vicina Gadium insula, quae exinde similem in modum Tartessis appellabatur*³²⁾. Ac sane istam pro ficta ea Tartesside insula acceptam esse, etiam eo firmatur, quod huius oraemaritimae eadem profus, ac Gadium insulae tribuitur *longitudo*³³⁾.

Sed nec ibi eam, quam quaerimus, Tartessum existisse in aprico est. Namque insulam illam cum vrbe cognomine a Phoenicibus, qui primi eam condiderunt³⁴⁾, *Gadir* vel γ ᾶ δ ε ι γ α ν (גדר ל. גדר) nominatam esse constat³⁵⁾. *Tartessus* igitur vrbs ista non nisi κατὰ χ ε ρ σ η τ ῖ κ ῶ ς dici consuevit. Hinc et Plinius³⁶⁾ de ea: *Nostris Tartessum appellant; Poeni Gadir, ita Punica lingua septem significante.*

Supereft igitur vna *Carteia*, quae proprie *Tartessi* nomen tulisse queat. Iacebat haec proxime Calpen montem, iccircoque et ipsa dicebatur *Calpe*. *Mela*³⁷⁾: *Calpe mons, mirum in modum concauus,*

ab

- 29) opr. geogr. tab. V, quam a Reiskio Latine redditam vid. in *Düsching's Magazin für d. neue Hist. u. Geogr.* P. IV. p. 232. extr.
 30) I. III. p. 221. B. 31) I. III. p. 256. C.
 32) Sic enim vocabatur *Erythia* (vid. sup. nr. 5), quam a *Gadibus* non differre ostendimus.
 33) Vid. Strab. I. III. p. 206. B. et p. 257. A.
 34) Vid. Diodor. Sic. V, 20. Justin. XLIV. 5. et Vellei. Patere. lib. I. p. 1.
 35) Vid. Iudor. orig. XIV, 6. et Marcian. Heracl. perieg. v. 163. 199. cum Etymol. et Hesych. in γ ᾶ δ ε ι γ α ν.
 36) hist. nat. IV, 22. extr. 37) II, 6. extr.

ab ea parte, qua spectat occasum, medium fere latus aperit —. Sinus ultra est: in eoque³⁸⁾ Carteia (ut quidam putant, aliquando Tartessus), et — — atque — — Tingentera, tum Mellaria et Baelo et Baesippo — oram freti occupat. Strabo³⁹⁾; καὶ πρὸς αὐτὸ (τὸ τῆς Κάλπης ὄρος) Κάλπη πόλις ἐν τετρεράκοντα σταδίοις, ἀξιόλογος καὶ παλαιὰ, ναύσταθμός ποτε γενομένη τῶν Ἰβήρων, Et prope montem Calpen ad quadraginta inde stadia est urbs Calpe, memorabilis illa et antiqua, Hispanorumque aliquando navale. Constat etiam sat certo, Carteiam a Phoenicibus esse fundatam.⁴⁰⁾

At Κάλπη nomen est mere Graecum, quod vrccum significat. Huius enim formam Calpae monti tribuunt veteres⁴¹⁾. Neque magis Carteiae verbum pro Phoenicio habendum, utpote perspicue prorsus ex primigeniis duobus loci eiusdem nominibus sensim paulatimque deprauatum. Scilicet Κάλπη vrbs vocatur quoque Καλπία⁴²⁾ et Κάλπεια⁴³⁾. Hinc consueta permutatione liquidarum λ et ρ Καρπία⁴⁴⁾ et Κάρπεια⁴⁵⁾, Ioniceque Καρπία⁴⁶⁾ coepta est dici.

B

Tan-

38) Cl. quidem Mannertus (Geogr. der Griech. u. Röm. Th. I. S. 288. Anmerk. c.) sinum istum intelligit fretum. At fretum, utrinque peruium, vix dici potest sinus. Vnde post Tingentera non maximam; sed minimam distinctionem adhiberi velim, ut Carteia iungatur cum verbis sequentibus: oram freti occupat. Nempe Carteiam, in sinu illo positam, cum ceteris urbibus a se commemoratis, oram freti occupare ait Mela.

39) l. III. p. 205. A.

40) Vid. Bochart. Chan. I, 34. col. 600 et 615. itemque Strab. l. III. p. 224. B.

41) Vid. eund. Bochart. ibid. col. 615. pr.

42) Nicolao Damasc. de instit. Aug. in excerpt. Vales. p. 482.

43) Stephano Byz. in Κάλπαι extr., qui locus est mutilus ac misere corruptus. Sed excidisse liquet haec vel tale quid: ἴσθι δὲ καὶ πόλις Κάλπεια — — αὐτοὶ πολῖται Καλπειανοί. Nam sequitur: τινὲς τούτους Καρπηγανούς, ὡς Καλπειανούς leg. partim cum Valesio: οὐ Καλπικανούς) Φασί, καὶ τὴν πόλιν (suppl. ex Steph. loco, quem nr. 45. adferemus: Κάρπειαν, αὐτὴν) Κάλπειαν.

44) Pausan. lib. VI p. 498. ἐστὶ δ', οἱ Καρπιάνη Ἰβήρων πόλιν, καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρτησσόν. Sunt, qui Carpiam, Hispanorum urbem, antiquitus vocatam putent Tartessus.

45) Stephan. in Καρπία, εἴρηται ἐν τῷ Κάλπαι, ὅτι τινὲς Κάρπειαν τῆς πόλιν Φασί, In Calpae dictum est, urbem haec a nonnullis appellari Carream.

46) Sic id. ibid.

Tandem recentiori hoc Καρηΐσος, et antiquo Ταρτησσοῦ nomine inter se permixtis, eadem sicut Καρησσοῦς⁴⁷⁾, ita etiam Καρηΐα fuit appellata. Relinquitur ergo, ut Phoenicium eius nomen sit Tartessus l. Tartesus (Ταρτησσοῦς l. Ταρησσοῦς). Nam utroque modo scriptum reperitur.

Sic autem urbs illa aperte dicta est a monte adiacente. Quippe טרטר¹³) tartis, vel definite נטרטר Chaldaeis notat rupem. Nec Eratosthenes tantum, ut Strabo⁴⁹⁾ refert, τὴν χώραν, τὴν συνεχὴ τῆ Κάλπη. Ταρτήσσιδα καλεῖσθαι φησι, regionem Calpae contiguam vocari aut Tartessidem; sed etiam Auienus, Dionysii interpret, in hac ora ponit Tartessum montem, qui non alius esse videtur, quam ipsa Calpe. Eademque ratione montem Sinai et montem Tiberiadi imminens ab Arabibus simpliciter vocari nouimus טרטר sine montem. Verum proprie נטרטר nec rupem quamcunque; sed rupem teretem significare arbitrer, cuiusmodi figuram reapse adscribi vidimus Calpes rupi. Etenim נטרטר istud, more in talibus verbis sollempni, tractum videtur a duabus stirpibus, טרטר et טרטר⁵⁰⁾, quarum hac continetur duritiae notio; illa rotunditatis cum longitudine aut altitudine coniunctae vim comprehendisse debet, ut plane arguit natum inde טרטר teres. Ceterum et Tyrum simili de causa dictam esse constat טרטר, ac primariam Arabiae Petraeae urbem טרטר et Πέτραν. Quin ipsam Curiciam nostram a monte impendente Calpen vocatam esse intelleximus. Atque hodierna Gibraltaria ab eodem est appellata, postquam hunc gebal taric, Tarici montem, ex ducis sui nomine, usurpare instituerant Saraceni, Hispaniae infestandae causa ad eum appulsi.

Satis

47) Appian. de reb. Hispan. opp. p. 425. (Toll.): Ταρτησσοῦς μοι δοκεῖ τότε εἶναι πόλις ἐπὶ θαλάσσης, ἢ νῦν Καρησσοῦς ὀνομάζεται. Et ibid p. 490. Πρὸφυγευντ ἐς Καρησσοῦν, ἐπὶ θαλάσση πόλιν, ἣν ἐγὼ νομίζω πρὸς Ἑλλήνων πάλαι Ταρτησσοῦν ὀνομάζεσθαι.

48) Ultimam leges cum puncto sinistro; non cum dextro. Vid. mox nr. 50. monenda.

49) l. III. p. 221. B.

50) Cum Sin; non cum Schin. Vid. Buxtorf. lex Chald. sub deriuato inde טרטר, ubi etiam ex Bazi Aruch notatur, pro saxis usurpari hoc verbum e consuetudine Arabica. At cum illa id exprimat per Schin: nota ex lege in Chaldaeo debet esse Sin.

Satis etiam patet, qui factum sit, vt *Tartessi* nomen a *Carteia* ad *Gades* transferretur. Nam hae peraeque ad *Herculis columnas* iacere censebantur. Quapropter *Scylax* ⁵¹⁾ de *Gadium* duabus insulis, quas vocat: τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει, καὶ Ἡρακλείαι στήλαι κατὰ ταύτας. ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ ταπεινή· ἡ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὑψηλή. αὐτὰ δὲ εἰσὶν αἰεταὶ καταντικρὺ ἀλλήλων. δίδχουσι δὲ αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας, *Hurum una urbem habet, ad easque visuntur columnae Herculeae. Et Libyca quidem humilis; Europaea autem excelsa est. Sunt illae promuntoria, sibi inuicem opposita, distantque inter se unius diei iter. Pariterque Herodorus* ⁵²⁾: πρὸς Γηδείροις, τοῖσι ἔξω ἐπὶ Ἡρακλήϊων στηλέων, iuxta *Gades*, quae sunt extrinsecus ad columnas *Herculeas*. Et eo loquendi usu, opinor, inductus vel ipse *Liuius* ⁵³⁾ non in orientali, vt factum oportuit, sed in occidentali freti *Herculei* extremitate collocat *Carteiam*. A *Gadium* vrbe deinde vicinus *Baetis* appellatus est *Tartessus*, regionemque circumiacentem similiter hoc nomine impertiuit, vt idem in *Gadibus* et *Calpe* euenisse cognouimus.

Sed ad propositum reuertamur. Ex dictis plauum fit, veram *Tartessum* a Phoenicibus vocatam esse טַרְטִישׁ. At hoc verbum nemo recte contulerit cum Hebraeo תְּרִישִׁי: id quod ex ipsa litterarum, in ambobus nominibus obuiarum, ratione et indole satis superque elucet. Igitur hinc quoque perspicias, תְּרִישִׁי non esse *Tartessum*.

Contra ex I. Reg. XXII, 49. apparet clarissime, eadem via et *Tharfis* peti, qua contendatur *Ophiram*. Leguntur ibi haec: יהושפט עשה אניות תְּרִישִׁי ללכת אופירה לזהב *Fecit Iosaphatus nauigia Tharfisensia, quas auri reportandi causa Ophiram proficiscerentur. Quod si ergo naues, Ophiram appellentes, eo ipso deferebantur ad Tharfisam, vt verba exhibita dubitare nos non sinunt: sua sponte patet, Tharfisam esse generalius nomen; Ophiram vero specialius. Ex quo sequitur, hanc illa perinde, ac partem toto contineri. Itaque et easdem naues, quas loco proposito aedificasse traditur Iosaphatus, ללכת אופירה, vt irent *Ophiram*, 2 Paral. XX, 36. construxisse dicitur, ללכת תְּרִישִׁי, vt irent ad *Tharfisam*.*

B 2

Eo

51) peripl. p. 49.

52) IV, 8.

53) XXVIII, 30.

Et Eo Hebraeos Phoenicesque ex sinu Arabico comieffe, iam in superioribus est monitum. Neque id quidem non libens concesserit quicumque inspexerit sacri codicis loca, hoc consilio a nobis tibi⁵⁴⁾ laudata. Illud etiam facile intelligitur, mature cognitam fuisse Hebraeis Tharsifam speciatimque Ophiram debere. Nam ex duodecim gemmis, quae in pectorali Aaronis ornatu fulgebant, vna Exod. XXVIII, 20. et XXXIX, 3. vocatur תרשיש, non alia haud dubie de causa, quam quia id lapillorum genus Tharsifam habebat patriam, aut saltem inde solebat adferri. Ophirae autem non semel mentio est in Iobi libro. Quippe cap. XXVIII, co. 16. memoratur כהם אופיר aurum Ophirense: et cap. XXII, co. 23. alluditur ad Ophirae flumina aurifera⁵⁵⁾. Tamen vt Tharsifa in vniuersum: ita et Ophira iam procul distabat ab iis tractibus, in quibus eo vsque Israelitae erant commorati, vt Solomonis adhuc aetate, qui ex intimo sinus Arabici recessu⁵⁶⁾ vtramque nauibus peterent, his in itu et reditu triennium fere esset consumendum⁵⁷⁾. Per quosnam igitur potius tot ante saeculis ambarum vel merx aliqua, vel qualiscunque notitia deueniret ad eosdem Israelitas, quam per eam gentem, quae longinquis navigationibus, negotiandi causa susceptis, omnium prima inclaruisse traditur?

Sane Phoenices iam ante Solomonis tempora vtramque frequentasse, vel ex ipsis Hebraeorum annalibus sacris apparet. Sic enim 2 Paral. VIII, 18. de Solomone: וישלח לו חורם בוד עברו אניות מישתקוהו ומיסתקוהו ויבאו עם עברי שלמה אופיר ויבאו מיסתקוהו ומיסתקוהו

54) Redj. sis ad nr. 2.

55) Nempe Iobum ibi confirmaturus Eliphaz ait ei: Quodsi rursus ad Deum praepotentem te applicueris: restituere, et iniuria (תרחק תרחק) pro תרחק, ut alibi) procul erit a sedibus tuis, ושית על עפר כצור וכצור נחלים, (pro נחל, vt similia passim) אופיר puluerique indes aurum, ac rupibus flumina Ophirae. Sensus est, vt arbitror: rura tua fient ausi ferocia, atque ex saxis tibi erumpent amnes, aurum vehentes. Quod de magna agrorum, ruis intermeantibus probe irrigatorum, vbertate quadam poetice dictum videtur.

56) Vid. 1 Reg. IX, 26 sqq. et 2. Paral. VIII, 17. sq.

57) Vid. 1 Reg. X, 22. et 2. Paral. IX, 21.

ram per suos nauigia et operas, maris peritas, quae cum hominibus Solomonis comenderunt Ophiram, acceptisque inde talentis quadringentis quinquaginta, redierunt ad Solomonem regem. Nauigia illa etiam reapse cum nauibus Solomoniacis Ophiram traiecisse deprehenduntur. I Reg X,

וְגַם אֲנִי חִירֹם אֲשֶׁר נָשָׂא זָהָב מֵאֹפִיר הֵבִיא מֵאֹפִיר עֲצֵי אֱלֻמִּים וְגַם כִּי אֲנִי תְּרַשֵׁשׁ לְמֶלֶךְ (שְׁלֹמֹה) בַּיּוֹם עִם אֲנִי חִירֹם וְגַם
Atque etiam naues Hirami, quae aurum Ophira apportarant (id quod significatum fuerat cap. anteced. co. ult.), indidem aduexerant ligna Almaagim⁵⁸ et multa ac lapillos pretiosos. Itemque ibid co. 22. Nam naues Tharsifenses habebat rex Solomon, quae una cum Hirami nauibus mare transmittabant. Tertio quoque anno redibant naues Tharsifenses, apportabantque aurum et argentum.

Vndenam vero Hiramus Solomoni miserit naues, ex sinu Arabico Ophiram perrecturas? Certe nullus dum aderat canalus, per quem ex mari mediterraneo Niloque ad eum sinum pateret aditus⁵⁹). Vulgo quidem statuunt, Hiramum naues illas Esiongeberem, noto Idumaeae portu, vbi suas construxisse legitur Solomon⁶⁰), et ipsum aedificandas curasse. Sed nusquam id factum tradunt scriptores sacri. Et quomodo etiam misisse illas dici posset Hiramus, si eo ipso in loco essent compactae, vnde soluere eas, iter Ophirense ingressuras, vna cum Solomoneis oportebat. Satis ergo liquet, alium sinus Arabici portum fuisse Phoenicibus, ad quem fabricari eiusmodi naues, et ex quo Esiongeberem exire, ibique cum nauibus Solomoniacis coniungi quirent.

Talis autem portus est is, qui *Φοινίκων κώμη*⁶¹), *Phoenicum vicus*

VO-

58) De his singulatim exponemus infra post nr. 183).

59) Vid. Herodot. II, 158. et Diodor. Sic. I, 33. extr.

60) I Reg IX, 26.

61) Praeter rem Bochartus (Phal. II, 22. col. 118) pro *Φοινίκων κώμη* apud Ptolemaeum cum Salmatio rescribi iubet *Φοινικῶν, κώμη, Palmetum, vicus*. Nam palmerum istud, quod ille laudat etiam ex Strab. I. XVI p. 1122. C., praeterquam quod ibi nec vico adiacere, nedum vicus esse traditur, omnino ad sinum Heroopolitanum pertinet, vt liquido apparet ex ipso hoc Strabonis loco, cuius praecipuam partem non attulit Bochartus. Ea autem habet sic: *Φοῖ δὲ Ἀρτεμίδωρος*
 εἶπε

vocatur Ptolemaeo ⁶²), idemque ab eo in orientali sinus commemorati ora haud longe ultra sinus Aelanitici fauces ponitur. Neque exigua situs iste commoda praestitisse debuit negotiantibus. Nam merces Arabicae et Indicae antiquitus ab Albo Vico, qui illo Phoenicum vico etiam multo magis ad austrum iacebat, terrestri itinere Petram urbem, atque inde Rhinocoluram deferebantur. Strabo ⁶³): *Ἐκ μὲν οὖν τῆς Λευκῆς Κώμης εἰς Πέτραν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ῥινοκόλουρα, τῆς πρὸς Αἰγύπτω Φοινίκης, τὰ Φορτία κομίζεται, κἀντεῦθεν εἰς τοὺς ἄλλους. οὐκ δὲ πολλοὶ εἰς τὴν Ἀλεξανδρείαν τῷ Νείλῳ κατὰγεται. τὰ δ' ἐκ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Ἰνδικῆς εἰς Μυὸς Ὀρμον κ. τ. λ. Ἐκ Ἄλβου igitur Vico Petram deportabantur merces, et inde Rhinocoluram, in ea Phoenice sitam, quae Aegypto contermina est; hinc vero ad alios. Nunc ut plurimum Nilo Alexandriam deuehuntur; Arabicae autem et Indicae merces ad Muris Portum cet. Quare vel illius loci, a Ptolemaeo indicati, causa non caruisse videantur Phoenices idoneo sane sinus Arabici portu. Taceo *Astarten* insulam, a *Phoenicia Venere* dictam, quae statim supra Aegyptum ad Aethiopiae litus admouetur a Ptolemaeo ⁶⁴) et Byzantino Stephano ⁶⁵). Nam de ea in sequentibus ⁶⁶) dicetur opportunius. Ceterum haud leuis suspicio est, ipsum portum Aelaniticum fuisse Phoenicibus a Dauidе concessum, ut paullo post praebetur expediendi occasio.*

Quippe regem illum iam abundasse animaduertimus auro *Ophirensi*. 1 Paral. XXIX, 3. *יְשׁוּ לִי סָגְלָה זָהָב וְכֶסֶף וְגו'* (inquit ipse) *Auri et argenti peculio utor. Hoc ego ad Dei mei aedem praebeo supra ea omnia, quae ad sacrarium illud comparavi, וְשָׁלַשׁ אֲלָפִים כֶּכְרֵי זָהָב וְשִׁשְׁמֵת אֲלָפִים כֶּכְרֵי אֲרָגָנִים* tria millia auri, eiusdemque *Ophirensis* talenta. Quod hanc sum-

ἐνδοτέρω κεισθαι τὸ Ποσειδῖον τοῦ Ἐλανίτου μυχαῦ. συνεχῆ δὲ τοῦ Ποσειδίου φοινικίαν εἶναι ἐνυδρον — εἴτ' ἐξῆς ἐστὶ νησος φοινικίαν. *Aur* vero *Artemidorus*, *Posidium* sinu Aelanitico magis introrsum iacere, eique continens esse palmetum quoddam aquosum. Deinde postea *Phocarum* insula est. Hinc et tabulae Danuillianae ut *Posidio* promuntorio, *Phoeniconi* item ac *Phocarum* insulae suum ex Strabonis mente situm adsignant: ita et *Phoenicum oppidum*, i. e. Ptolemaei φοινικίαν κώμην repraesentant ibidem, vbi collocari κώμην istam a Ptolemaeo diximus.

62) geogr. VI, 7. pr.
64) geogr. IV. 7. extr.
66) post. nr. 128).

63) l. XVI p. 1128. A.
65) in *Αστάρτη*.

summam ex suo peculio suppeditare se ait, satis luculenter indicat, non ex publicis eam retribus collectam; sed priuato studio operaque a se quaesitam esse. Quoniam autem quaestus genere citius, quam mercatura Ophirensi tantam auri Ophirensis copiam inuenerit? Vnde et re vera ipsius classe hoc ex terra sua natali ad eum aduectum est tradit Eupolenius⁶⁷⁾, cum illum dicit *πλοῦς νηπιηγήσασθαι ἐν Ἀχάνοις* (*Ailánois* restitui iubent viri docti), *πόλις τῆς Ἀραβίας, καὶ πέριψαι μεταλλευτὰς εἰς τὴν Οὐρέφῃ* (leg. Οὐφῆε l. potius Οὐφείε) *νῆσιν. κειμένη ἐν τῇ εὐρυεῖ θαλάσσει, μέταλλα χρυσικά ἔχουσαν, καὶ τὸ χρυσιὸν ἐκείθεν μετακορῖσαι τοὺς μεταλλευτὰς εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ναυες συνεγίγετο Ἀελανίσι, Ἀραβιακῶν το. missis que ab eo metallicis in Ophiram, maris rubri insulam, quae aurifodinas habeat, aurum a metallicis istis illinc in Iudaeam esse translatum.*

Sed siue sua nauigia, siue aliena ad mercaturam a se factam adhibuerit Dauides, non minus profecto ad eam rem, immo etiam magis eguerit Phoenicum auxilio, quam id in filio eius Solomone postmodum contigisse accepimus. Hanc ei opem vt ferrent non inuiti, alias illi ad eiusmodi officia praestanda haud sane promti, graue in primis momentum habebant *portus Aelanitici* commoditatem, cuius vsu iam inde a Dauidis aetate gausi fuisse videntur. Nam etsi naues suas non ibi; sed *Efiongebere* parasse dicitur Solomon: tamen ante has perfectas *etiam illuc* terendisse cognoscitur, eo haud dubie consilio, vt naues ab Hiram sibi mittendas inspiceret: quippe quarum continuo post hoc eius iter memoratum iniicitur mentio. 2 Paral. VIII, 17 sq. *Tunc perrexit Solomon Efiongeberem* ואל אילות על שפת הים בארץ ארומ: וישלח לו חורם כיד עבדיו ואל אילות, *ad maris Idumaei oram posita.* *Missi que ei Huramus suorum ministerio naues marisque peritas operas cer.* Neque etiam sequenti tempore portum Aelaniticum; sed *Efiongeberensem* vsurpasse deprehendunt Hebraei, quanquam hoc scopulis ita infesto, vt Iosaphati classis in eo ipso naufragium faceret⁶⁸⁾. Cuius abstinentiae causam vix satis intelligas, nisi pactum quoddam sumas antecessisse, quo prior ille portus solis Phoenicibus permit-

67) ap. Euseb. praepar. euangel. IX, 30.

68) Vid. 1 Reg. XXII, 49. et 2 Paral. XX, 35. sqq. coll. Bochart. Chan. l. 44. col. 687. med.

mitteretur. Ac certe haud de nihilo est, quod Solomoni potissimum regi, quanquam minime egeno aut inopi, dona tam ampla tribuisse proditur Hiramus ⁶⁹).

Quodsi igitur Phoenices iam Davidis aetate cum illius, tum suo ipsorum nomine exercuisse dicendi sunt navigationem Ophirensē: hanc *longe etiam prius* varie ab iis tentatam, multisque demum periculis in casum factis, ad eum absolutionis gradum perductam esse oportet, ut certo ac praestituto temporis spatio, id quod Solomone saltem imperante accidisse nouimus, defungi ea identidem possent. Neque enim hoc sine magna litorum legendorum, et maris ementiendi ventorumque ibi dominantium peritia licuisse illis, quemlibet per se ipsum videre arbitror.

Vnde autem illi tam mature cognitam vel Ophiram, vel omnino Tharsifam habuere, ut eius adeundae cupiditas iam tum in iis exciteretur? Nempe *ab Erythraeo mari* eos esse oriundos, grauiissimi auctoris consentiunt. Herodorus ⁷⁰): οὔτοι δὲ οἱ Φοίνικες τοπαλαίων οἴκειον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπὶ τῇ ἐρυθρῇ θαλάσῃ. ἐνθεῦτεν δὲ ὑπερβαίντες τῆς Σαρδῆς οἰκέουσι τὸ παραθάλασσαν, Phoenices *isti antiquitus, ut ipsi dicunt, accolebant mare rubrum. Sed inde ad mediterraneum transgressi litora Syriaca habitant.* Idem Herodorus alibi ⁷¹): Περγέων μὲν — οἱ λόγοι Φοινικῆς Φασί — ἀπὸ τῆς ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικέσθαι ἐπὶ τῆδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰῆσαι τοῦτον τὸν χώρον, τὸν καὶ νῦν οἰκέουσιν, Docti e Persis viri Phoenicas aiunt a mari rubro, quod vocatur, ad hoc nostrum mare delatos in ea regione consedisse, quam etiam nunc habitant. Plinius ⁷²): Erythia dicta est, quoniam Tyrii, aborigines eorum (Poenorum, quorum proxime ante fuerat mentio), orti ab Erythraeo mari ferebantur. Isidorus ⁷³) de Gadium insula: — quam Tyrii, a rubro mari profecti, occupantes in lingua sua Gades, id est, septum nominauerunt.

Terrae motus in causa fuisse traditur, quod pristinas sedes relinquerent Phoenices isti. Iustinus ⁷⁴): Tyriorum gens condita a Phoenicibus fuit, qui terrae motu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primo; mox mari proximum litus incoluerunt. Hinc Stephanus Byz.

69) Vid. I Reg. IX, 14. et 2 Paral. VIII, 2.

70) VII, 89.

72) hist. nat. IV, 22. extr.

74) XVIII, 3. pr.

71) I, I. pr.

73) origin. XIV, 6.

Byz. 7⁵): ταύτην (τὴν Ἀζωτον) ἔκτισεν εἰς τῶν ἐπανελθόντων (leg. ἐπελθόντων) ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης Φυγάδων, καὶ ἀπὸ τῆς γυναίκος αὐτοῦ Ἀζας (leg. Ἀζαν) ὀνομασεν, ὃ ἐστὶ χίμαιραν, *Azotum istam condidit unus illorum, qui mari rubro profugi aduenerunt. Eamque idem ab uxore nominavit Azam, quod capram* 7⁶) sonat.

Perquam mature autem antiqua ex patria migrasse debent Phoenices. Nam post discessum inde suum cum quidam ex iis mercaturae causa Argos appulissent, *Inachi* regis filiam *Io* ab illis raptam, et in Aegyptum vi abductam esse ex Persarum relatu narrat Herodotus 7⁷). At *Inachum Iacobi patriarchae* aequalem fuisse constat, qui filiis suis bene precans et ipse iam memorat *Sidonem* urbem 7⁸). Nimirum ubi maritimam Palaestinae oram occupauerant, primo *Sidonem* istam condiderunt Phoenices. *Iustinus* 7⁹) de illis: *Relicto patrio solo, Assyrium stagnum primo; mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate Sidonem appellaverunt.* Et *Sidonem* vel ipsis *Hierosolymis*, seu prisca *Iebusa*, antiquiorem esse intelligas ex Gen. X, 16. ubi *Chanaan procreasse* dicitur *את ציון בכורו Sidonem, filium suum natu maximum.* Hoc enim nihil aliud sibi velle videtur, quam *Sidonem* esse urbem totius *Chanaanacae* vetustissimam. Unde et mox inter minores *Chanaanis* filios recensetur *היבוסי Iebusiacus*, i. e. oppidum *Iebusiaci* siue *Iebusa* 8⁰), quae *Ios. XVIII, 28.* simpliciter vocatur *היבוסי* pro, *עיר* vel *בית היבוסי*. Nam ibi *Beniaminitis*, praeter alia loca, obtrigisse perhibetur *היבוסי היא ירושלם oppidum* l. sedes *Iebusiaci*, hoc est, *Hierosolyma* 8¹). At *Hierosolyma* secundum *Manethonem* 8²) condita est quaternis circiter ante natum *Iacobum* annis, velut ex iis perspicitur, quae de regibus pastoribus,

C

primum

75) in Ἀζωτος.

76) Capra Chaldaice est *אזע*. Vnde haec notatio potius ad urbem *Gazam*

(אזע) spectat.

77) I, i. pr.

78) Gen. XLIX, 13.

79) XVIII, 3. pr.

80) Vid. *Ios. XV, 63.* et *Iud. I, 21.*81) Add. *Ios. XV, 8.* et *Zach. IX, 7.*82) ap. *Ioseph. cont. Apion. I, 14.* opp. T. III. p. 1160 (Oberth.).

primum ex Aegypto egressis, in nupera quadam Prolusione nostra⁸³⁾ disseruimus.

Iam vero Phoenices statim ex eo tempore, quo in ora Syriaca confederant, longinquis navigationibus dederunt operam, nec Aegyptias modo; sed Asyrias quoque merces huc atque illuc deportarunt. Herodotus⁸⁴⁾ Περσέων μὲν — οἱ λόγιοι Φοινίκας Φασί — ἀπὸ τῆς ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικόμενοι ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χώρον, τὸν καὶ νῦν οἰκοῦσιν, αὐτῆκα ναυτιλίῃσι μακρῆσιν ἐπιθέσθαι ἀπεργασθέντας δὲ Φοινίαι Αἰγύπτια τε, καὶ Ἀσσυρία τῆ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπηνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος, Docti e Persis viri Phoenicas aiunt a mari rubro, quod vocatur, ad hoc nostrum mare delatos, eaque regione occurrata, quam etiam nunc habitant, statim longinquis navigationibus animum adiecitse, asportatisque Aegyptiis et Asyriis mercibus, perrexisse cum aliorum, tutum vero etiam Argos. Nemo Asyrias merces hic interpretandas dixerit Syriacas, licet Syri et Asyrii a veteribus saepe confundantur. Nam Herodotus utrosque nusquam non sollicite distinguit: immo etiam obseruat alicubi⁸⁵⁾, quos ipse recte vocauerat Asyrios, eos a Graecis Syrorum nomine appellari. Quodsi autem Phoenices, cum primum aduenissent in Syriam, rei maritimae iam adeo erant gnari, ut longinquas navigationes posset fuscipere: Asyriarum mercium causa haud dubie et mare Erythraeum obierunt, appuleruntque ad oras omnes, vnde peti eas licebat. Itaque eiusdem maris notitiam, ipso ortu suo contractam, sequentibus aetatibus non modo conseruare; verum etiam semper magis magisque amplificare debuerunt.

Sed illius partem non exiguam efficit sinus Persicus. Mela⁸⁶⁾: Rubrum mare Graeci — ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant — —. Sed quas ripas inflexerat (mare illud), bis irrumpit, duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis (Indiae) regionibus propior; Arabicus ulterior. Plinius⁸⁷⁾: Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare terras, quod rubrum dixeret nostri; Graeci Erythraeum a rege Erythra — —. Sed in duos diuiditur sinus. Is, qui ab oriente est, Persicus appellatur. Quin hic

83) de iisdem pastor., iterum Aegypto excident, narrationem Manethon. vindicant p. 6.

84) I, 1, pp.

86) II, 8. pr.

85) VII, 63.

87) VI, 23 sq.

hic ipse sinus proprio vocabatur *mare rubrum*, aut verius *Erythraeum*, utpote infulam habens, vbi monstrabatur sepulcrum *Erythrae*, qui primus ei terrae imperasse dicebatur ⁸⁸). Arrianus ⁸⁹) de Alexandro: καὶ τὸν Περσικὸν (κόλπον) ἐξεῦρε, τὴν ἐρυθρὰν δὲ καλουμένην βάλασσαν, κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης, *Etiā Persicum sinum, qui rubrum mare appellatur, maris magni sinum esse repererat* ⁹⁰). Vnde et Curtius ⁹¹): *Tigris et Euphrates per Babyloniorum fines in rubrum mare irrumpunt.*

Ab hoc igitur mari, quod *primitus* dicebatur rubrum, vel potius Erythraeum, Phoenicas prognatos ferebant *ipsi eius incolae*. Strabo ⁹²): πλεῖσταντι δ' ἐπὶ πλεόν (ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ) ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Αραδός εἰσιν, ἰσθμὸν ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὁμοίαν. καὶ Φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκούντες, τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποικίους ἑαυτῶν, *Longius in sinu Persico nauiganti aliae occurrunt insulae, Tyrus et Aradus, quae similia Phoeniciis sacra habent. Dicuntque habitatores earum, cognomines Phoenicum insulas e suis coloniis esse.* Quod non ita accipiendum reor, tanquam ab his ipsis insulis fundatae sint Syriacae illae; sed ut ab eodem sinu Persico, in quo et cognomines insulae iacent, sedium mutandarum causa in Syriam transierint Phoenices. Neque enim Syriacas insulas ab Erythraeis, sed has ab illis esse dictas, vel inde apparet, quod *Palaetyrus* non fuit *insula*; recentiorem vero vicinamque Tyrum a Palaetyro ortam appellatamque fuisse satis constat.

Verum in *Carmaniae* ora Nearchus, ab Alexandro M. ad eam quoque explorandam cum classe missus, reperiebat adhuc oppidulum quoddam, cui nomen erat *Sidone*. Arrianus ⁹³): ἐντεῦθεν — νῆσον ἐρήμην ἐν ἀριστέρα παραμείθοντες — ὁρμίζονται πρὸς Σιδωνίην ⁹⁴), πολυχνία σμικρῶν, καὶ πάντων ἀπόρω, ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων. ἰχθυοφαγοὶ γὰρ καὶ οὗτοι ὑπ' ἀνάγκῃς ἦσαν, ὅτι πονηρὰν γῆν νέμονται, *Inde* (ab insula quadam, quadringentis circiter stadiis ultra Oaractam insulam ad Carmaniae litus sita) *praeteruecti insulam desertam, quae ad sinistram iacebat, appellabant*

C 2

lebant

88) Vid. praeter Curt. X, I. et VIII, 9. Arrian. hist. Ind. c. 37. p. 352.

89) de exped. Alex. VII, 16.

90) Add. eund. Arrian. hist. Ind. c. 19. p. 334. et c. 32. p. 348.

91) V, 1.

92) l. XVI. p. IIII. D.

93) hist. Ind. c. 37. p. 353.

94) Sic est in duobus MSS., a Gronouio laudatis, pro vulgato Σιδωνίην.

lebant Sidonen, oppidulum paruum, omnibusque rebus egenum, exceptis aquis et piscibus. Piscibus enim et hi eius loci incolae victitabant necessario, vixote malignam terram habitantes. Itaque Sidone ista haud dubie non minus vocata fuit a piscium ubertate, quam id in cognomine illa Phoenices vrbe, vt iam supra⁹⁵⁾ licuit animaduertere, vsu venisse auctor est Iustinus⁹⁶⁾. Quid ergo apertius, quam oppidulum illud et ipsum origine sua Phoenicium fuisse. Sed ad oras, rerum omnium inopes, colonias deducere non sane erat Phoenicum. Quare potius ex hac eos Sidone tractuque circumiecto in nouas aliquando sedes immigrasse credibile est⁹⁷⁾.

Atqui proxime a Sidone ista Nearchus, in litore Carmaniae legendo, ad *Ταρσίνην ἀγρην* Tarsium promuntorium deferebatur. Arrianus⁹⁸⁾: *Ἀπὸ Σιδῶνης ὑδρευόμενοι καταλείουσι ἐς Ταρσίνην ἀγρην, ἀνατείουσαν ἐς τὸ πέλαγος, πλῆσαντες σταδίους τετρακοσίου, Aquati perueniunt Sidone, post stadia trecenta confecta, ad Tarsium promuntorium, quod in altum excurrit.* Porrigitur hoc promuntorium in confinio Carmaniae et Persidis. Ab illo enim Nearchus, stadia trecenta emensus, accedebat ad Cataeam insulam. Quo relato, Arrianus: *μέχρι τοῦδε, ἰνκuit, Καρμανίη τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Πέρσαι ἔχουσι, Huc vsque Carmania. Vtteriora tenent Persae.* Quid igitur mirum, quod nec his inusitatum erat nomen *תְּרִשָׁן*? Nam eo vnum ex regni Persici proceribus vocatum legimus Esth. I, 14. cum quidem id regnum *מְהַרְרֵי וְעַד כּוּשׁ* ab India ad Aethiopiam vsque pateret⁹⁹⁾.

Phoe-

95) in loco, post nr. 79). obuiio.

96) Vid. de hac eius nominis ratione Bocharti Phal. IV, 35. col. 302. et Reland. Palaest. p. 1010.

97) Forte igitur priscos Phoenicas dixerunt Graeci a faciei colore, quo australes Persae cum Indis occidentalibus conueniunt (Vid. Klügelli *Ein cyflopäd.* P. I. p. 330. extr.). In vtrisque enim hic est flauus, rubrique aliquid admistum habet. Vnde eum sicut nos hodie cum oliuarum: ita Graeci cum *Φαινίλων* siue palmularum flauedine rubente comparasse, ipsosque illos homines, quos hac insignes esse animaduertebant, appellasse videntur *Φαινίλων* seu dactylorum colore praeditos. Quales puniceae Latini, spadices item et rutili vocantur. Vid. Gell. II, 26. med.

98) l. c.

99) Esth. I, I. et VIII, 9.

Phoenices autem cur ita appellauerint promuntorium illud, etsi, historia tacente, sat certo definiri vix potest: ramen coniectura hoc adsequare, fortassis quodammodo licet. Nobis sic videtur. תרוס Samaritanis est *taxit, protexit*. Hinc iisdem תרוס, Chaldaeis תרוס et Arabibus תרוס (cum *Sin*) *tburs et thars* notat *scutum*¹⁰⁰. Neminem vero fugit, sollemne esse Hebraeis, vt pro Arabico *Sin* adhibeant suum *Schin*. Vnde תרושיש, tertia geminata, erit *scutum ingens*. Quod quidem nomen promuntorio commemorato inditum dixeris, quia instar magni alicuius clypei ventorum ictus repellat, sub seseque delitescens ab eorum vi praestabat tutos. Nam ἀνατείλειν ἐς τὸ πέραλος, *in altum pertinere*, adeoque longius in mare procurrere traditur Arriano. Sic in Taphitide, Punico Africae promuntorio, vt est apud Strabonem¹⁰¹), quidam conspiciebatur λόφος, Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, *collis, qui a similitudine Aspis siue Scutum vocabatur*. Et ad maiorem Syrtim, eodem auctore¹⁰²), obuius erat τόπος Ἀσπὶς, καὶ λιμὴν καλλίστος τῶν ἐν τῇ Σύρτι, *locus Aspis et portus in Syrti ista omnium optimus*.

Neque vocabulum coniugatum, idque appellatiuum, apud Hebraeos deest תרושיש. Quippe eosdem natales prae se fert illorum תרושתא: quamuis hoc proxime a Chaldaeis ad ipsos peruenisse facile prodat terminatio. Saepius eo nomine significatur Nehemias, veluti Ezr. II, 63., Nehem. VII, 65. 70. cet. Est autem ex תרושה, pro quo Chaldaeorum ritu definire dicitur תרושתא, et ob paulam תרושתא. תרושה *tutelam seu praesidium* notat, politraque rei proprietate pro re ipsa, tutorem siue praesidem, speciatim *provinciae*. Talem se profiteretur Nehemias V, 14 sq., vbi se constitutum perhibet כארץ יהודה (f. פחה) *praefectum Iudaeae*, sibi que opponit הפחות הראשונים *superiores praefectos*. Atque huius פחה nec cetero qui diversa a תרושה illo est ratio. Nam proprie femineum esse liquet etiam

¹⁰⁰) Dubium ig tur videri queat, an Perficæ originis sit תרושיש, nomen encusodis regii Esth. II, 21. et VI, 2.

¹⁰¹) l. XVII, p. 1191. A.

¹⁰²) ibid. p. 1193. A.

etiam ex regentis eius forma sing. פָּחַת, cum simpliciter vsurpata¹⁰³), tum ante pronomen subiunctum, vt in פֹּחֶתֶךָ¹⁰⁴). Quare ducendum apparet a primitiuo non פָּחַח; sed נִפַּח inspirauit quasi; spirando siue eloquendo indidit, h. e. suggestit, monuit, praecepit. Pluralis enim פֹּחֹתֵי est a singulari פֹּחֵחַ, qui descendit ab Arab. فَاخ, in coniug. 2. voluit sibi, significauit. Ita συμπαντής et συμπάντως, praefes, praefectus, a συμπάνω. Ceterum quod רָאָה תְּרַשְׁתָּהּ sicut Ezra: ita et vbique Nehemias praemittit הַדֵּמֹנְטְרִיִּים demonstratiuum, neutrum attendisse intelligimus ad propriam eius formae vim¹⁰⁵), quam in aliis quoque nominibus haud raro negligi constat.

Itaque cum supra ostensum sit, Phoenices inde a primo discessu antiquis ex sedibus suo mercaturae causa perquam longinquas maris Erythraei oras obire nauibus consueuisse: eiusmodi iter haud dubie ex notabili quadam vetustae patriae parte, quae in illo conficiendo sibi repetenda foret, cum aliis de causis, tum de hac praecipue dixerunt, quod ea fere vltimam talis itineris metam complecteretur. Vnde postea accidit, vt remotior etiam ora, quoad quidem hanc frequentabant iidem, iccircoque totus ille tractus maritimus, qui a Tarsio promuntorio, ad ortum australem versus, vsque in citiorem Indiam procedit, celebraretur Tharsisae nomine. Etenim iam ante obseruauimus, in libris sacris ita memorari Tharsisam, vt Ophiram ea comprehendi appareat. Ac prior quidem illa Ies. LXVI, 19. non modo inter הגֵּוֹת gentes exteras; sed etiam inter הָאֲרָצוֹת הַרְחֵקוֹת longinquas regiones (non vrbes¹⁰⁶) transmarinas refertur. Quare iungitur quoque cum מַלְכֵי תְּרַשִׁישׁ וְאֲרָצוֹת (scil. אֲחֵרִים) Psalm. LXXII, 10. vbi vates diuinus: מִנְּחָה יִשְׂכְּרוּ (scil. אֲחֵרִים) Reges Tharsisae aliarumque terrarum transmarinarum munera retribuent Solomoni.

Enim-

103) 2 Reg. XVIII, 24. et Ies. XXXVI, 9.

104) Malach. I, 8.

105) Similiter 1 Reg. X, 12. הָאֲלֻמְנִים et 2 Paral. IX, 11. הָאֲלֻמְנִים, cum הַדֵּמֹנְטְרִיִּים demonstr., licet תֵּל in vtroque verbo sit articulus Arabicus, vt monebitur infra paullo post nr. 188).

106) Vid. Michaël. spicil. geogr. Hebr. ext. T. I. p. 139 sqq.

Enimvero haec eadem *Tharssis*, cuius modo fines constituere allaborauimus, etiam in sacris litteris patria Phoenicum videtur perhiberi. Sed satis intelligi locus adferendus non potest, nisi quae cum eo cohaerent, praecedentia omnia ante et ipsa explicentur. Quod nos pro facultate nostra, quam breuissime poterimus, in re non apertissima praestare conabimur.

Proinde Iesaiæ caput XXIII, inscribitur **צַר מִשָּׁמַר** oraculum de Tyro. Tamen praenuntiatur ibi non vnus Tyri; sed Phoenices vniuersae calamitas. Princeps quidem comma sic habet: *Eiulate, naues Tharssenses!*: **כִּי שָׂדֵד מִבֵּית מְבוֹא מֵאֶרֶץ כְּתִים נִגְלָה לָמוֹ**. Quippe Tyrus est excisa. Et tectis, e finibus, e Cisticorum terra exsularunt isti vrbis eius incolae.

In **כְּתִים מֵאֶרֶץ מְבוֹא מִבֵּית** est gradatio quaedam. Plus enim primo indicat alterum, alteroque tertium rursus. **בְּוֹא** saepius occurrit substantiue, et aditum sine fines denotat, vt 1 Reg. VIII, 65. **מִלְּבוֹא חַמַּת וְגוֹ** a finibus Chamathae vsque ad fluitium Aegypti. Item 1 Paral. XIII, 5. **אֶבְרַת לְבוֹא חַמַּת וְעַד** vsque ad fines Chamathae. Quorum locorum vtroque LXX. vertunt *ἀπὸ τῆς εἰσόδου Ἡμαθ* et *εἰς εἰσόδου Ἡμαθ*. Hinc **יַם מְבֹאֵת יָם** perinde sunt fines maris Ezech. XXVII. 3. Diciturque Tyro, **עַל מְבֹאֵת יָם** ad fines maris habitanti, vbi pariter LXX. *ἐπὶ τῆς εἰσόδου τῆς θαλάσσης*.

כְּתִים intelligo Cisticos, Cyprios Phoenicum colonos, qui Tyriis ea tempestate parebant. M. Tullius ¹⁰⁷ de Zenone Cittico, Stoicorum auctore: *Postea tuus ille Poenulus (scis enim Citiacos, clientes tuos, e Phoenicia profectos) cet.* Et de Elulaco, Tyri rege, eoque Iesaiæ aequali, apud Iosephum ¹⁰⁸ Menander, qui eodem teste historiam de Tyriis suam ex ipsis eorum tabulariis hausit: *καὶ Ἐλευλαῖος ἀνομιὰ ἐβασίλευσε (τῶν Τυρίων) ἔτη τριάντα ἕξ. οὗτος, ἀπιστάντων Κερταίων, ἀναπλέσας προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν, Ἀτque Elulacus nomine Tyriis imperauit annos triginta sex.* Is, cum defecissent Cittaeci, classe profectus in aditionem eos redegit denuo.

למו

¹⁰⁷ de finib. bon. et mal. IV, 20. p. 7.

¹⁰⁸ antiq. Iud. IX, 2. p. 1092.

למו בגלל vfitate ¹⁰⁹) dicitur pro מלל בגלל *exfulatum est ab eis*. Frequens item haec structura apud Graecos et Latinos. מלל autem refertur ad *cives* Tyri ante nominatae. Sic et Arrianus supra ¹¹⁰): ἐντεύθεν — ὁμίζονται πρὸς Σιδῶνη, πολυχρῆσθ' σμικρῶ, καὶ πάντων ἀπόρου, ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων. ἰχθυοφάγοι γὰρ καὶ οὗτοι ὑπ' ἀναγκῆς ἦσαν. Vbi οὗτοι spectat ad Sidones memoratae *incolas*. Ceterum de auctoris sententia Tyrii omnino erant *ex Citticorum quoque terra* extulaturi. Nam co. 12. disertè ait ipse, etiamsi ad hos demigrent: tamen eos *ne apud illos quidem esse requiem inuenturos*, quippe quibus et ipsis aut iugum accipiendum, aut solum verrendum esset.

Expositum igitur Iesaiæ comma loquitur illud quidem de Tyro tantum, idemque fit etiam deinceps co. 5. 7. sq. et 10-18. Sed Tyro tum obtemperabat *tota reliqua Phoenice*. Laudatus Menander subiungit ibidem: ἐπιταύτους πέμψας ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς (Σαλμανάσσης) ἐπῆλθε Φοινίκην πολεμῶν ἀπύσσαν. ὅστις σπεισάμενος εἰρήνην μετὰ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω. ἀπέστη τε Τυρίαν Σιδῶν, καὶ Λακ, καὶ ἡ πάλαι Τύρος, καὶ πολλὰ ἄλλα πόλεις, αἱ τῶν Ἀσσυρίων ἑαυτοὺς βασιλεῖ παρέδωσαν. διὸ Τυρίων οὐχ ὑποταγόντων, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ὑπέστρεψεν, *Contra hos Cirtaeos misso exercitu, vniuersam quoque Phoenicem bellando obibat Assyriorum rex Salmanasser. Qui pace inita domum rediit. Desciueruntque a Tyriis Sidon, et Ace, et Palaetyrus multaeque aliae urbes, quae Assyriorum regi se dedebant. Propterea, cum Tyrii se non subiicissent, iterum in eos reuertit rex. Ergo hi vni detrectabant imperium eius, vt adeo ceteri, qui ab illis descuierant, totam reliquam Phoenicem complecterentur.*

Quod cum ita sit: proposito Iesaiæ capite *Tyrus vniuersam Phoenicem* significat. Hinc quoque co. 4. et 12. pro Tyro est *Sidon*. Fert enim consuetudo Hebraea, vt *Sidon* aliquando denoret *Phoenicem*, *Sidonique* dicantur pro *Phoenicibus*, quemadmodum in Phalego suo ¹¹¹) Bochartus ostendit. Sed perspicuum plane eius rei documentum praebet inscriptio, quam in vetere quodam Antiochi Epiphaniis numo a Suintono inuentam laudat Michaelis ¹¹²):

109) Vid. Storr. obseru. ad analog. et synt. Hebr. p. 115. annot. *).

110) post nr. 93).

111) IV, 34, col. 301. sq.

112) in spicil. geogr. Hebr. ext. P. II. p. 3.

לצר אם ציננס "Tyri, metropolis Sidoniorum". Itaque צידון sic etiam manifesto adhibetur capitis nostri commate altero, quod tale est: דמו ישבי אי סחר צידון עכר ים מלאוך: *Obmutescite, orae exterae habitatores!* Nam mercatores Sidonii, aequora transmittentes, te locupletarunt.

Extera illa regio est Tharsiffa, cuius commate superiori fuerat mentio. מלאוך *implerunt te*, scil. כהון opibus, h. e. te ditarunt. Eadem ellipsi מלא pro ditavit adhibetur Ezech. XXVII, 25. vbi vates ad Tyrum: *Naues Tharsiffenses במערכך* (leg. 'שר) שרותיך (*principes tuae fuerunt in negotiatione tua*, h. e.) fuerunt praecipua mercaturae tuae instrumenta, ותמלאי et ditata es, ac mirifice nobilitata meditullio maris transiendo. Item cap. anteced. co. 2. quo ob Hierosolymae perniciem exultans Tyrus: *Io!* inquit, (*confracta est porta gentium: vertetur ad me*, h. e.) *destruētus fuit mercatus gentium: mibi cedet eius nundinatio:* אמלאה ditabor: nam ille est excisus. Obtinet quoque ellipsis commemorata Ezech. XXVII, 33. in synonymo השבעת *expleuisti*, cui in altero hemistichio respondet העשרת *locupletasti*. Saepius autem Tyrus commercio suo extraneos ditasse perhibetur. Ezech. I. e. מצאת עובונך מימים השבעת עמים רבים (*Mercium tuarum e maribus exitu scil. urgendo*, h. e.) *Mercibus tuis non uno e mari exportandis* השבעת עמים רבים *ditasti populos multos: et opum tuarum rerumque permutandarum multitudine* ארץ מלכי העשרת *reges terrarum locupletasti*.

Commate tertio vates facer ea speciatim mercimonia commemorat, quae ex Aegypto, illa velut aurifodina sua, prae ceteris aliorum deuehebant Phoenices זרע שחר וגו' (*ait ipse*) רבים (*Largasque per aquas asportata sementis Nili, et eiusdem fluiti mesfis fuerunt Tyri illius vectigalia, euaseratque ea* סחר גוים *orbis negotiatrix*).

Post במים רבים *supplendum est* מוצא *exportatus*. Sic Ezech. XXVII, 26. במים רבים הכיאוך השמים אתך. *Copiosas per aquas te*, (*Tyre, h. e. vos, mercatores Tyrii, longinqua itinera maritima suscipientes,*) *traiecerunt nautae tui*. Deinde Aegypti frumenta a Nilo

D

tan.

113) Ita Kennicotianus vnus pro vulgari מערכך.

tanquam *seri ac meti*, id est, *vnice suppeditari* incolis facit Noster, quia exundanti ei potissimum debebatur vberimus ille ipsorum prouentus. Denique סָחַר *negotiatio* per meronym. adiuncti pro subiecto est *negotiatrix*.

Pergit auctor commate sequente: *Erubescio, Sidon! Ait enim mare, סֵדוֹן (סֵדוֹן 114) sedesque tua maritima: Non parturivi equidem, nec peperi: non alui iuuenes, nec virgines educaui, h. e. Exsulatum profectis habitatoribus meis, veluti liberis orbata ego eadem conditione sum, ac si nulli vnquam mihi contigissent.*

Subiiciemus comma quintum: *Quemadmodum ad famam de Aegypto dolebunt: ita quoque ad famam de Tyro, i. e. Tyri exitium aequè contristabit eos, qui illius sibi merces adferri gaudebant, atque Aegypti fatum perceller, qui Aegypti. Huius vero cladem cap. XIX. sq. praedixerat Iesaias.*

Sexto et septimo commate talis continetur sententia: *Traicite in Tharsisam, huiusce vrbs incolae! Eiulate autem, יִשְׁכֵי אֵי, exteræ istius orae habitatores! Illa enim vobis erat iucundissima. Sed quanquam ultimo ab acuo proficiscitur antiquitas eius: tamen sui ipsam pedes procul exsulatum ferent. אֵי h. l. est praecedens Tharsisa, vt supra co. 2.*

Octauum nonumque comma absoluuntur verbis his: *Quis consuevit hoc in Tyrum, illam vrbsium quasi coronam, cuius negotiatores sunt principes, mercatoresque item proceres terrae? Nempe Ioua, rerum auctor, decreuit hoc, vt eius de omni splendore suo fastum contunderet, deprimeretque istos terrae proceres.*

Proxime excipit ḡnōis illa, quae maxime est huius loci, quaque iam aliquanto disertius instantem *Phoenices* ruïnā significat vates. Inest autem ea capitis nostri particula quinque his commatibus: *Transi IN PATRIAM TVAM per Nilum, THARSISAE PROLES: non enim amplius balteo es accincta. Ioua אֵל כִּנְעַן de Chananaca, vt arces eius diruerentur, edixit inquit: Haud ultra exultato, virgo subacta, ciuitas*

114) סֵדוֹן, cum Num, exhibent duo Kennicotiani pro recepto סֵדוֹן.

ciuitas Sidonis: age ad Cittyos commigra: nec ibi requiem inuenies.
 הן ארץ כשדים זה העם לא היה אשור יסדה לציום הקימו בחינו
 עוררו ארמנותיה שָׁמָּה (שָׁמָּה leg.) למפלה: הולילו אנוות תרשוש
 : כי שדר מצוכן: En hanc Chaldaeorum terram: populus iste aliquando in
 ea non fuit; sed Assyrius eam adsignauit ichtthyophagis. Hi crexerunt
 turres illius, eiusdemque excitarunt palatia, Nunc autem ad ruinam
 usque deuastata iacet. Eiulate, naues Tharsisenses! Nam euerfa est arx uestra.

ארץ terra tua simpliciter pro אבותיך (Gen. XXXI, 3.)
 terra maiorum tuorum siue patria tua satis obuium, vt Gen. XII, 1.
 XXXII, 10. 1 Reg. XI, 22. Ion. I, 8. cet. Neque aliter ארצי patria
 mea Gen. XXIV, 4. XXX, 25. Num. X, 30. 1 Reg. XI 21. reliq.
 Tamen quia non ea solum dicitur patria nostra, abs qua oriundi;
 verum etiam in qua nati sumus (ארץ מולדת), terra natalis Gen.
 XXXI, 13. Ierem. XXII, 10. Ruth. II, 11. cet.), partim diserte ad-
 ditur בת תרשיש, partim quoque ביאר.

Hoc ביאר a prima manu est in duobus Kennicotianis, cum in
 editis legatur ביאר. ביאר pro Nilo iam co. 2. vsurpabat Noster.
 Ante Prolemaei quidem Philadelphi tempora nauibus non patuit ex
 Nilo in sinum Arabicum via¹¹⁵⁾. Sed per Nilum vehitur etiam, qui
 per partem eius vehitur. Pelusiacum huius ostium exiguo admodum in-
 teruallo¹¹⁶⁾ praeterfluit Bubastum vrbem, supra quam¹¹⁷⁾ sequiori
 aetate ex eo in sinum Arabicum ductus est regum canalis. Atqui
 ostium illud ibi 62000 pasuum, siue 62 miliariorum Romanorum in-
 tercapedine a sinu eo distare tradit Plinius¹¹⁸⁾. Contra ὁ ἐλάχιστος
 καὶ συντομώτατος breuissimus maximeque contractus ex mari mediterraneo
 ad hunc transitus terrester, Herodoto¹¹⁹⁾ auctore, a monte Casio
 ad eum fertur, idemque complectitur σταδίων χιλίων mille stadia seu
 125 miliaria Romana. Itaque ultra dimidium itineris spatium lucraban-
 tur, qui ex mari interno ad sinum Arabicum tendentes per Nilum
 petebant Bubastum. Taceo, fossam regiam non a Necone demum,

D 2

vt

115) Vid. Diodor. Sic. I, 33. extr.

117) Vid. ibid.

119) II, 154.

116) Vid. Herodot. II, 154. 158.

118) hist. nat. VI, 29. pr.

vt Herodoto et Diodoro placet; sed iam a Sesostris inchoatam perhiberi ab Aristotele ¹²⁰⁾, Strabone ¹²¹⁾ et Plinio ¹²²⁾.

Verum praeterea longe difficillimus erat breuissimus ille a Casio monte aditus. Strabo ¹²³⁾: *A Pelusio ad sinum Heroopolitanum via camelis emetienda est δι' ἐρήμων καὶ ἀμυδάων χωρίων per deserta et arenosa loca: πολὺ δὲ καὶ τὸ τῶν ἑρπετῶν ἐν αὐτῇ πλῆθος, magna quoque vis serpentum in ea offenditur* ¹²⁴⁾. Hoc magis aliquando Phoenices insigni illo itineris compendio videntur vsi, quod per Nilum ad Bubasti viciniam delatis facere licebat. Certe Plinius ¹²⁵⁾ ad ipsum sinus Heroopolitani recessum, proximeque ab eo huius portu, in quem ex Nilo ductum ait canalem regium, gentem Tyriam habitasse auctor est. *A sinu Aelanitico, inquit, alter sinus, in quo Herooum oppidum est. Fuit et Cambysu inter Nels et Marchadas, deductis eo aegris exercitus: gens Tyra (leg. Tyria): Dancon portus, ex quo nauigabilem alucum perducere in Nilum — primus omnium Sesostris, Aegypti rex, cogitauit.*

Ceterum quod commemorauimus iter terrestre, ab ostio Pelusiaci ad sinum Heroopolitanum pertinens, eo totis quatuor partibus et ultra longior erat via ea, quae a Copto ad Berenicen ferebat ¹²⁶⁾, quaque iam Ptolemaei secundi tempore merces, ab Alexandria per Nilum aduectae, ex Copti vrbe ad sinum Arabicum mittebantur ¹²⁷⁾. Sed vel sic eam praeponebant etiam ipsius fossae regiae commoditati ¹²⁸⁾. Neque ego abuuerim, sat mature viam illam et a Phoenicibus tritam fuisse. Nam etsi Berenicen condidit demum Philadelphus: tamen diu ante eius aetatem merces, per Nilum ad finitimas Copto ripas apportatae, inde ad vicina postmodum Berenicae litora translatae videntur. Strabo quidem vbi eundem Philadelphum exstirpsit *πρώτον* primum dixit ¹²⁹⁾, qui in via, a Copto ad Berenicen ducente, ἀνὸδον οὖση, cum haec aquis desitueretur, ad peregrinantes mercatores subleuandos diuerforia compararet, subiicit paullo post:

120) meteorol. I, 14 extr.

122) l. c.

124) Vid. et Plin. hist. nat. VI, 29. pr.

126) Vid. ibid. cap. 23. cum Antonin. itinerar.

127) Vid. Strab. l. XVII, p. 1169. C.

129) l. c.

121) l. XVI. p. 1156. D.

123) l. XVI. p. 1102. A.

125) ibid.

128) Vid. ibid.

post¹³⁰): πρότερον μὲν οὖν ἐνυκτοπόρουσιν πρὸς τὰ ἀστρα βλέποντες οἱ καμηλέμποροι, καὶ καθάπερ οἱ πλείοντες ἄδειον, κομίζοντες τὸ ὕδωρ, *Antea mercatores, camelis usi, astra inspectantes noctu proficiscebantur, et nauigantium ritu iter faciebant, aquam secum ferentes.* Quod sane ut de iis dictum apparet, qui ante diuersoria illa comparata emeriebantur viam memoratam: ita in Phoenices, astrorum obseruationi aduetes, optime quadrare intelligitur. Sed hoc amplius *Astarte* insula, quam ab iisdem occupatam fuisse haud obscure indicat nomen deae, vnice ab iis cultae, *prope admodum a Berenice iuxta primam Aethiopiae oram iacebat.* Stephanus Byz.: *Ἀστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπία. Μαχεργός ἐν περὶ πλω πρώτῃ. ἐντεῦθεν ἀρχεται Αἰθιοπία, ἢ ὑπὲρ Αἴγυπτον. ἀπὸ δὲ τοῦ βασιῶ ἀγροῦ ἰνδέχεται Περίοντος ὄρος. κατὰ δὲ τοῦτο νῆσος Ἀστάρτη. Astarte, insula Aethiopiae.* Marcianus peripli libro primo. *Illinc incipit Aethiopia, quae est supra Aegyptum. Post Bazium promuntorium sequitur mons Prionotus. Propter hunc sita est insula Astarte.*

Utramcunque igitur ex duabus illis viis terrestribus adhibuere Phoenices, certe quodam tempore Indos per Nilum ab iis esse petitos, nemo temere dubitet. Hinc etiam Ionas (I, 3.) in *Tharsisam* aufugiturus pergebat. *Ioppen*. יושן תרשיש ibique inueniebat nauem, quae in *Tharsisam* erat profectura. Scilicet non nauigium ipsum; sed onera eius illuc transmittere erat animus. Verum sollemni metonymia ponitur *continens* pro *contento*. Vix tamen libelli excitati auctor hunc sibi tropum indulisset, si nauis ea duntaxat ad *Aegyptium* aliquem Phoeniciumue *maris mediterranei* portum fuisset ducenda.

Quod si quem nihilo secius delectat recepta apud Iesaiam scriptura כִּיָּא, cum כ: sensus erit hic: *Permea terram tuam, ut riuus* (Sed cui bono?), *aut Proripe te per terram tuam, ut Nilus* (scil. *per Aegyptum se proripit*). Satis hoc abrupte, ne quid amplius. Verbo, etiam supra co. 6. aperte prorsus Noster: עֲכָרוּ תְּרִישֵׁיָהּ *Traicite in Tharsisam*. Vnde equidem utique praefero כִּיָּא. Fuge, ait ille, in patriam tuam. Sed abstinens terrestri itinere, quod hostes obsident, statim mare ingresa per Nilum vehere, ut eo tutius citiusque in terram destinatam peruenias.

Porro

130) ibid. p. sq. A.

Porro בַּת תְּרִישַׁי *filia Tharssae* h. l. *Phoenicem* notat: quippe quod cum ex proxime antecedentibus, tum maxime ex iis patet, quae continuo sequuntur. Nam in istis fugae suscipiendae causa diserte adfertur haec, quod Deus *Chanaanacae*, id est, ut mox videbimus, *Phoenicae* propugnacula iuserit euertenda. Neque ea loquendi ratio ab Hebraeorum usu abhorret. Sic enim 1 Paral. II, 54. inter בְּנֵי שְׁלֵמָה *filios Salmac* recenseretur בֵּית לֶחֶם *Bethlehemum*. Atque ibidem co. 50. et 52. *Sobal* perhibetur אָבִי קִרְיַת יַעֲרִים *pater Kiriathiearimi*, co. 42. *Mesa Sippi* oppidi parens, co. 45. *Maon* genitor בֵּית צֹר *Bethsuri*, co. 49. *Saaphas Madmanac*; *Sana* autem et *Machbanac*, et *Gibeac* pater. Item Ezech. XVI, 3 sq. Dei verbis Hierosolymam ita alloqui iubetur vates: וְמוֹלַדְתֶּיךָ בְּיוֹם הַוֹּלְדָתָהּ אָבִיךָ הָאֲמָרִי וְאִמְךָ הַתִּיבֵּת *Pater tuus est Amoraeus, et Chittaca mater tua. Quod autem ad ortus tuos attinet, non umbilicum tuum amputarunt, cum fuisses nata cer.* Postremo Gen. X, 13. sq. וּמִצְרַיִם יָלְדָה אֶת לְוִיִּם וְגו' *Aegyptus autem genuit Lydios, Anacaeos, Libyas*, et qui praeterea illic populi magno numero commemorantur. Similiterque saepius eo capite, atque etiam 1 Paral. II, 53. sq. Omitto Graecos et Latinos, quibus hoc dicendi genere nihil magis est usitatum.

Ab altera inde decimi commatis nostri parte fugae capesendae causam exponere instituit scriptor, eaque in re pergit proximis duobus commatibus: מָוֶה hemistichio illo tantundem valet, quantum מָוֶה, vel potius מָוֶה ex Hiphil, ad formam מָוֶה, quemadmodum מָוֶה ad formam מָוֶה (Dan. XI, 27) et מָוֶה. Vnde re vera vnum idemque verbum est מָוֶה et מָוֶה, descenduntque haec a מָוֶה, quod Talmudicis sonat *leuari, attolli*, ut cognatum מָוֶה; Syris autem in Paël *gestavit, circumtulit*, rursusque Talmudicis in Aphel, et Arabibus in coniug. 4. (cum media le) *remouit*. Hinc vtrumque nomen significat *leuandi et gestandi instrumentum*, iccircoque nunc *zonam* siue *cingulum*, quo colligitur vestis, et a terra *attollitur ac remouetur*; nunc vero *balteum*, quo *gestatur et circumfertur* ensis. Psalm. CIX, 19. *Dirae ipsi sint pro veste, quam induat, ולמזח תמיד* וְלִמְזַח תָּמִיד *zonaeque vice semper iis praecingatur*. Iob. XII, 21. *Deus con-*

remtu

remiu obravit proceres, ומייה אפיקים רפה fortiumque viroꝝ balteo laxat. Nimirum solvere balteum denotat armis exuere ac bello reddere ineptum. Contrarium est balteo vincire. Idem Iob. ibid. co. 18. מתני מלכים פתח ויאסר אזור במתניהם: Cingula regum soluit Deus, et idem balteis coërcet latera eorum. Ies. XLV, 1. מתני מלכים אפתח וגי Regum latera discingam ego, ut vrbium ante eum (Cyrum) valuas aperiam. Neque portae ipsi erunt oclusae. Itaque nostro quidem loco: (scil. : לך) אין מזה עתה לך non balteus tibi est amplius, nihil aliud sibi vult, ac iam debellata es.

Commate undecimo Phoenices fortunam in transmarinas quoque oras redundaturam significat vates. Nempe futurum esse, ut imminutis mercaturae commodis casum ipsius etiam illae persentiscant¹³¹⁾. Quare על in על הים est trans, ut Graecum ὑπὲρ et Germanicum ūber. Sic על de tempore pro ultra Leuit. XV, 25. Deinde כנען אל notat κατά τὴν Χαναανίαν, quod ad Chananacae attinet. Pariterque אל pro κατά adhibetur etiam cap. XXXVII, 21. 33. Gen. XX, 2. 2 Reg. VIII, 3. XIX, 26. 32. Ezech. XIII, 16. cet. Chananacae vero nomen ad vnam hic Phoenicem restringitur, quod aliquando fieri docuerunt Bochartus¹³²⁾ et Relandus¹³³⁾. Atque ita id nominis vsurpatur quoque in numo quodam Phoenicio, Antiochi Epiphaniis tempestate proculso, et per Io. Suintonum expofito, cuius hanc inscriptionem esse ex Michaëlis spicilegio geographico¹³⁴⁾ discimus: ללארכא אם בכנען „Laodiceae, matris in Canaan”, hoc est, monente eodem spicilegii illius auctore insigni: „primariae Phoeniciae vrbis”.

Hinc proximo commate etiam בתולת בת צירן, nisi de vniuersa Phoenice, accipi haud posse intelligitur. Nam eo commate adferuntur ipsa illa verba, quibus suum Chananacae perdendae imperium, antecedente commate memoratum, enunciasset fingitur Deus.

131) Conf. Ezech. XXVI, 15 - 18. et XXVII, 33. 35.

132) Phal. IV, 34. col. 300. med.

133) Palaeft. I, 1. p. 7.

134) P. I. p. 167.

בתולה המעשקו *virgo subacta* dicitur *Phoenice* cum allusione ad *eruptam* huius quasi *virginitatem*, id est, seruatae ad id tempus lil *erta* is laudem. כתיים hic quoque sunt *Cittiei*, *Cyprum* insulam habitantes. *Nec apud illos sedem quietam reperitari* perhibentur *Phoenices*, quia et isti horum coloniae, seruitutis vitandae causa, finibus excedendum erat; vt iam *co. i.* innuerat Yates.

Sequitur notabilis admodum locus, et diuersissima interpretum iudicia expertus. Tamen in eo videntur conuenire omnes, vt ארץ כשדים accipiant pro *Chaldaea*, vel generatim pro *Babylonia*. A quibus ego ita disentiendum mihi arbitror, vt qui maxime. Primum enim de *Tyro*, per *Nabuchodonosorum* expugnata, apud profanos quidem scriptores altum est silentium. *Obsedisē* (πολιοειήσαι) eam vtique traditur ille¹³⁵). Deinde cuncta clamant, *Iesaiam* ad eaduntaxat respicere, quae *Phoenicibus* tum a *Salmanasfere* videntur metuenda¹³⁶). Haec ille vatum, fatidico spiritu adflatorum ritu, in maius auxit¹³⁷). Enimvero, quod caput rei est, ista *Chaldaeorum* terra hoc loco non alii terrae cladem allatura; sed illam *perpesura* esse ipsa dicitur, eamque talem omnino, vt ab iisdem nauibus *Tharsisensibus* deploranda sit, quibus et *co. i.* lamentabilem fore *Tyri* siue *Phoenices* interitum pronunciat erat auctor. Quid multa? Nos ארץ כשדים hancce *Chaldaeorum* terram habemus pro *Phoenice*.

Mirari autem nolis, quaeso, quod nos *Chaldaeis* annumerare *Phoenices* audeamus, cum hos *Gen. X, 15.* a *Chanaane*, *Noachi* nepote, repetere *Moses* magna optimorum interpretum concordia existimetur. Nam vt taceam, valde adhuc dubium esse, quo sensu id a *Mose* fiat, nihil sane prohibet, quo minus mentem *Mosis* in

135) Vid. *Ioseph. antiq. Iud. X, II, I. extr.* et *cont. Apion. I, 20* sq.

136) Comparatum iis, quae *Phoenicibus* ominatur *Iesaias*, *Menandri* de *Salmanasfari* et contra ipsos, et contra *Cyprios* eorum colonos expeditione locum, cuius bonam partem iam ante ex *Iosepho* haud multo post *nr. 110.* attulimus.

137) Hyperbolica eiusmodi rerum euenturarum expositio post *Perizonium*, ab ipso laudatum, in vaticis sacris agnoscitur iam a *Relando Palaest. I, III. p. 1053.*

ambiguo relinquam¹³⁸). Scilicet ob *sacrorum communionem* Phoenices, quos *Sabaeismum* profesos esse nemo nescit, *Chaldaeorum* hic nomine perinde mactari putem, atque alibi *eadem de causa* illo ipso vocantur *Nabataei*. Hottingerus in orientali historia sua¹³⁹): „Sequuntur (post Nabataeos) *Chasdaei* seu *Chaldaei*, qui eadem sacra „sequebantur. Vnde כְּשַׂדְאֵי וְנַבְטָאֵי *Chasdanaeus et Nabataeus* pro „synonymis habentur apud Muhammedem, filium Isaaci”. Indidemque non minus promiscua est *Chaldaeorum* et *Sabaeorum* appellatione. Pergit Hottingerus ibidem: „Tertio loco ponimus *Charanaeos*. „Vnde Ahmedus quidam libro suo de religione Sabaeorum titulum fecit: *De negotio rituum אֱלֹהֵי הַבְּרִיָּה אֶלְכֵלְדַּאֲנִיָּן אֶלְמַעְרוּפִי כְּאַצְאֲכָה* „*Charanaeorum, Chaldaeorum, qui Sabaeorum nomine vulgo notifunt*”. Et alio loco¹⁴⁰) idem Hottingerus obseruat haec: „Sed „et tempore Saiph-Addula Sabaeos superstites in imperio Romano „fuisse scribunt Arabes. Vnde Muhammed, filius Isaac, de religione Indorum aliisque rebus p. m. 64: *וְאֶלְמַעְרוּפִי לֹאֲכֵלְדַּאֲנִיָּן* — — *קוֹם מִן אֶלְצֲאֲכָה אֶלְכֵלְדַּאֲנִיָּן* (id est:) *Vicini illius loci (sunt) populus Sabaeorum seu Chaldaeorum, quos Romani religionem suam sequi sinunt*¹⁴¹). Haecenus Hottinger, cui addas licet Stanleium¹⁴²), qui de *Chaldaeae* et *Sabaeae* apud orientis scriptores; apud Plinium *Syriac, Arabiae* et *Mesopotamiae* permutatione foemni similiter disserit. Ac propterea quoque Priscianus, Dionysii Periegetae interpres, idemque fortassis et ipse *homo Phoenix*, utpote quem *Caesareas (Palaestinae, opinor)* natum volunt nonnulli, nominatim *Phoenices Chaldaeo sanguine ortos* facit, sic quidem reddens binos hos¹⁴³) Dionysii verius:

E

Oι

138) Vid. tamen, quae nos supra p. 17. med. ad Gen. X, 16.

139) l. 8. p. 248.

140) ibid. p. 262.

141) Quid ergo? הַכְּשִׂדְאִים proprie non peculiaris cuiusdam gentis; sed commune eorum fuit nomen, qui Sabaeismo erant dediti, ut ex eorum terra in Chananaeam transisse dicatur Abrahamus? Certe Moses Gen. X. istos הַכְּשִׂדְאִים, licet optime sibi notos, inter singulares populos non refert.

142) hist. philos. orient. l. III. prooem. p. 114 sq.

143) 905. sq.

Οἱ δ' αἰὸς ἰγγύς ἱόντες ἐπωνυμίην Φοίνικες
 Τῶνδ' ἀνδρῶν γενεῆς, οἱ Ἐρυθραίοι, γεγάασιν,
 — — — — — Sed litora iuxta

Phoenices viuunt, veteri cognomine dicti.

Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos,

CHALDAEO nimium decoratam SANGVINE GENTEM.

Quodsi igitur *Chaldaeos* apud *Iesaiam* intelligas *Phoenices*: reliqua commatis decimi tertii pars et cum antecedentibus, et cum sequentibus artissime cohaeret, neque quidquam ea *Chaldaeis* tribuitur, quin aptissime in illos conueniat. Nam quod mox *Assyrius* *Phoenicen* eis assignasse dicitur, inter omnes constat, quam late iam *rum*, *Cresia* quidem auctore, patuerit imperium *Assyrium*. Atque illius testimonium confirmat sane etiam *Manetho*, scriptor minime spernendus, e cuius mente *Iosephus* ¹⁴⁴⁾ cum reges pastores, ex pacto *Aegyptum* relinquentes, per solitudinem in *Syriam* abiisse tradidit, φοβουμένους δὲ, inquit, τὴν Ἀσσυρίαν δυναστείαν (τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν) ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένη πόλιν οἰκοδομησαμένους — Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι, Metuentes vero ab *Assyriorum* dominatione (tunc enim hos *Asiam* tenuisse) urbem in ea, quae nunc *Iudaea* vocetur, a se conditam appellasse *Hierosolyma*. Atqui ille regum pastorum ex *Aegypto* discessus, ut ostendimus alibi ¹⁴⁵⁾, iam ante natum *Iacobum Patriarcham* euenit.

Omnino autem יָסַר h. l. notat assignare. Quippe obseruarunt viri docti, verbo illi pariter atque *Arabico* יָסַר proprie vim ponendi esse subiectam. Et sic dicitur 2 Paral. XXXI, 7. vbi יָסַר עֲרִימֹת signifies acervos statuere, quae quidem statuendi notio commate antecedente in formula synonyma exprimitur verbo נָתַן. Item *Esth.* I, 8. יָסַר cum לָע sonat imponere, scilicet לָע legem, h. e. praescribere, praecipere. Sed ponendi verba saepissime adsciscere tenemus dari potestatem. Hinc igitur et יָסַר valet dare, tribuere, assignare *Psal.* CIV, 8. Adscenderunt montes, descenderuntque vales אֵל מְקוֹם זֶה לְהֵם

144) cont. Apion. I, 14. extr.

145) Vid. loc. supra nr. 83). cit.

לחם *ad locum eum, quem illis tu quidem adsignaueras.* Apposite in primis ad hoc Iesaiæ comma eodem sensu occurrit synonymum שום 2 Sam. VII, 10. ושמתו מקום לעמי ישראל ונמעתיו ושכן תחתיו *Sedemque adsignaui populo meo Israeli, et condidi eum, ut suo loco habitet.*

ציים Psalm. LXXII, 9. *ichthyophagos* interpretatur Bochartus¹⁴⁶), Aben-Ezram secutus, haud improbante Castello in lex. heptagl. Neque aliter id verbi explicandum videtur hoc nostro loco. Etenim de Sidoniis, maris Persici accolis, iisdemque Phoenicum progenitoribus, referre Arrianum intelleximus ante¹⁴⁷), ἰχθυοφάγους καὶ τούτους ὑπ' ἀναγκαιῆς εἶναι, ὅτι πονηρὰν γῆν νέμονται, *etiam hos necessario piscibus victitare, quia sterilem terram incolant.*

כחן, vel, ut in margine legitur, כחון significat *turrim*, qualis imponebatur moenibus ad ea defendenda. Namque ductum est utrumque ex obsoleto verbo Arab. כחן, quod in coniug. 9. et 11. sonat *erectus fuit*: vnde כחן (*bachn*) *erectus, procerus.* Idem valet כחין, cum Cholem, Jerem. VI, 27. vbi iungitur מוצר *arx, castellum*: כחון נתתיך בעמי מוצר ותדע וכחנת את דרכם *Turrim et arcem feci te in populo meo, ut cognoscas et explores, quomodo se gerat ille.* Arces cum fere in locis editis extruuerentur: etiam ex illis late patebat prospectus. Ceterum *speculandi explorandique* notio, quae inest verbo כחן, fluxisse demum videtur a nomine כחן *specula.* Innuit autem Iesaias, a quam tenui principio ad summas opes peruenierint *ichthyophagi* illi, ut etiam vrbes munitissimas splendidissimasque domos aedificare possent. Has iam esse perituras.

Pro vulgato שמה, quod non habet, quo com modo referatur haud dubie rescribendum est שמה *vastata fuit.* Dicitur quidem et שמה, ad exemplar formae legitimae. Sed prius aequè rectum. Vnde et in praeterito שמה Hiphil, media elisa; at in participio sing. rursus משמים.

E 2

Clau.

147) ex ipsius loco, post nr. 93. allato.

Claudit vates vltimo loci praemisſi commate triftiorem oraculi fui partem eadem fere acclamatione, qua commate primo eam erat exorſus. Quo magis patet, vtrobique hanc ad *vnam eandemque* regionem pertinere. Itaque, niſi me omnia fallunt, *Tharſiſa in ipſiſ ſacris litteris patria Phoenicum terra, eaque per Nilum adeunda; illi autem huius terrae coloni perhibentur.* Id autem ſi eſt, quantum inde firmamenti accedat noſtrae de Tharſiſae poſitu ſententiae, pluribus verbis commemorare nihil attinet.

Satis igitur de *Tharſiſa* iſta. Reliquum eſt, vt quaeramus *Ophiram*. Eam vero iam inueniſſe videtur Relandus, vir de his litteris quondam egregie promeritus. Singularem ille de *Ophira* diſſertationem conſcripſit, quae eſt inter *miſcellaneas*, ab ipſo editas, prioris Partis quarta. Sed eius videndae ſpes cum nos feſellerit, qui librum vt nanciſceremur, ſedulo dederimus operam: acquieſcendum nobis eſt in iis, quae a Buddeo¹⁴⁸⁾, Saurino¹⁴⁹⁾ et Illuſtr nuper Equite Michaëlis¹⁵⁰⁾ ex diſſertatione illa adferuntur.

Cenſet autem Relandus, *Ophiram* eſſe *Vpparam*, mercatoriam citerioris Indiae urbem, cum regione circumiacente. Quarum vtraque cum ſit pars Tharſiſae noſtrae: fane in hac et ipſi agnoſcere *Ophiram* videbamur, priuſquam de Relandi ſententia quidquam nobis in mentem veniſſet. *Vpparae* nomine urbem illam appellat Arrianus, ſiue quis alius compoſuit periplus maris Erythraei¹⁵¹⁾. Ptolemaeus¹⁵²⁾ eam dicit *Suparam*, idemque huic adſignat gradum longitudinis 112, cum 10 ſexageſimis; latitudinis vero gradum 15 cum dimidio. In Danuillii tabula antiquae Indiae conſpicitur vrbs iſta ſub ipſo nonageſimo longitudinis gradu, interiaceretque latitudinis gradum 15 et 20.

Io.

148) hiſt. ecclēſ. V. T. II, 2, 4. p. 332.

149) dans ſes diſcours ſur des événem, du V. et du N. Teſtam. T. V. Dſc. 6. p. 221. et ſuiv.

150) ſpicil. geogr. Heb. ext. P. II. p. 198 ſqq.

151) p. 171 extr. (inter Arriani ſcripta nonnulla, Amſtelod. 1683. 8 a Blancardo edita).

152) geogr. VII, 1. pr.

Iosephus ¹⁵³) quidem Ophiram vocat τὴν Χρυσὴν καλουμένην Γῆν, *Terra Aurcam, quae dicatur.* Et alio loco ¹⁵⁴) Solomonem ait mis-
 sos sibi ab Hiram gubernatores nautasque ablegasse εἰς τὴν πάλαι μὲν
 Σαφίραν, νῦν δὲ Χρυσὴν Γῆν καλουμένην (τῆς Ἰνδικῆς εἶναι ταύτην), χρυσὸν αὐτῶν
 κομίσαι, in eam, quae antiquitus quidem Sophira sit nominata; nunc autem
 Terra Aurea appelletur (Indiae hanc partem esse), ut aurum sibi apporta-
 rent. Ostendit igitur Relandus, circumiectam Vpparae urbi re-
 gionem re vera ab antiquis vocari Χρυσικὴν Γῆν et Χρυσὴν Χώραν, atque
 etiam hanc utramque per eos distingui a Χρυσικῇ Νήσῳ siue Chersoneso
 Aurea, quam Indiae vterioris partem esse, et hodie Malaccam no-
 minari constat.

Praeterea docuit idem, reperiri in India, speciatimque in tractu
 Vpparano, permagnam copiam auri et argenti ceterarumque re-
 rum omnium, quae nauibus Solomoneis aduectae fuisse traduntur.
 Declarandum quoque sibi putavit vir doctissimus, tale harum na-
 uium iter non excedere eam, quae in priscis hominibus fuerit, rei
 maritimae peritiam.

Sed minus satisfecisse eum Saurinus iudicat consilio suo, quo
 haud secus efficere susceperat, dictum Indiae tractum non propin-
 quorem esse Idumaeae, quam ut classi inter hanc et illum com-
 meanti triennium foret in profectioe ista conterendum ¹⁵⁵). Ita-
 que ut Relando ne fraudi sit haec viri praecleari reprehensio, paucis
 ei occurrendum videtur. Et primum quidem etesiae, qui in mari
 Erythraeo regnant, quique statis anni temporibus vel ab oriente,
 vel ab occidente spirant continenter, non sinebant veteres iisdem
 mensibus et petere nauibus Indiam, et ab ea domum redire. Dein-
 de cum carerent illi adhuc pyxide nautica: litoribus legendis viam
 conficiendam non modo duplicare; verum etiam triplicare adeo co-
 gebantur. Vtrumque perspicias ex hoc Arriani ¹⁵⁶) loco: τοῦτο
 δὲ ὅλον τὸν εἰρημένον περίπλου ἀπὸ Κανῆς καὶ εὐδαίμονος Ἀραβίας οἱ μὲν (add.
 πρότεροι, quod a sq. verbo absorptum videtur) μικροτέροις πλοίοις περι-
 κελ-

153) antiq. Iud. VIII, 7, 1.

154) ibid. cap. 6. 6. 4.

155) Vid. Saurin. l. c. p. 223 sq. et p. 232 med.

156) Vid. peripl. mar. Erythr. p. 174.

καλιζάντες ἴπλεον πρῶτος δὲ Ἰππαλος κυβερνήτης — τὸν διὰ πελάγους ἐξεῦρε πλοῦν. ἀφ' οὗ καὶ τοπικῶς (leg. τροπικῶς), ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ φυσῶντων τῶν κατὰ καιρὸν, τῶν παρ' ἡμῶν ἐτησίων, ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει λιβόντος φαίνεται προσονομάζεσθαι ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ πρῶτος ἐξευρηκότος τὸν διάπλουν, *Totum hunc, quem diximus, a Cāna et Arabia felici circuitum antiquiores emetiebantur minoribus nauigis, quae sinus ipsos ambiebant. Primus autem Hippalus gubernator reperit nauigationem eam, quae per altum mare instituitur. Ex eo etiam tempore, cum ex oceano flent venti illi opportuni, qui apud nos etesiae vocantur, a primo illius nauigationis inuentore appellari figurate in mari Indico videtur ventus is, qui ab occidente australi spirat.*

Vixit autem Hippalus ille, vt ex Plinio ¹⁵⁷⁾ apparet, *diu post Alexandri M. tempora.* Quin etiam Strabo, Augusti et Tiberii aequalis, ventum Hippalum adhuc ignorauit. Vnde nimia itineris Indici mora, vt tum erat rerum facies, clasfi Solomoneae obiici recte non quit. Immo potius miram quandam nauigationis istius celeritatem agnoscas, quae tanta est, vt intelligi vix aliter, atque ex singulari quadam Phoenicum, clasfi eius ductorum, in cursu illo peragendo dexteritate possit, praesertim cum clasfi commemorata nec *integrum* triennium ei profectio*n*i impendisse; sed *tertio quoque anno* eam absoluisse dicatur. Nam Scylax Caryandensis, qui *totis quingentis annis post*, iubente Dario, Hystaspis filio, *ex Indo amne in sinum Arabicum nauigauit*, *τριηκοστῷ μὲνι tricesimo* demum *mense* in sinus illius recessum peruenisse ab Herodoro ¹⁵⁸⁾ traditur.

Atque haec Saurini causa debuimus obseruare. Quibus subiciemus varia etiam alia, ad istam de Ophira disputationem pertinentia, si quid forte noui roboris addere sententiae Relandianae, aut obscuriora quaedam illustrare possimus. Iam illud facile intelligitur, non parum inde ponderis accedere sententiae ei, quod de ipsa quidem, vt conuenit, *Tharsisae partem* efficit Ophira. Cumque ex antiqua nauigandi ratione omnes quoque maris Persici orae circumeundae essent iis, qui ex sinu Arabico contenderent ad Indiam: nemo non vider, his multo ante attingendos fuisse fines Tharsisae regionis, prout eam circumscripsimus supra, quam ad tractum Vpparanum deferrentur. Vnde mirum videri non debet,

157) hist. nat. VI, 23. med.

158) IV, 44.

fi potius sub nomine *Tharssiae*, boream versus etiam prius sibi cognitae, Ophiram comprehenderunt Phoenices, quam contra. Librarii culpa apud Arrianum *Οὔππαρα* pro *Σούππαρα* legi existimat Michaëlis. Atque hoc idem suspicatus fuerat iam Ortelius¹⁵⁹). Etenim praecedens verbum exit in sibilantem, ut sequentem ab eo haustam coniiicere possis. Quod tamen non est necesse. Nam ipse Michaëlis fatetur, a Iudaeis Alexandrinis intelligi *Indiam*, ab eadem illa *Suppara* l. *Supara* dictam, quando *יִפְרָא* exprimant *Σουφείρα*. Atqui Eupolemum loco in superioribus¹⁶⁰) allato *יִפְרָא* huic substituere vidimus *Οὔφείρα*. Quod ex Hebraeo eum habere nemo dixerit. Itaque Arriani *Οὔππαρα* non minus verum, quam *Σούππαρα* Ptolemaei esse arbitror.

Nempe haud parum saepe s initiale in eiusmodi nominibus geographicis omitti solet. Cuius aphaeresios exempla bene multa proposuit Bochartus¹⁶¹). Quid? quod Plinius¹⁶²) ipsum *Indi* fluvium ab indigenis *Sindum*, vel omissa terminatione Latina *Sind* vocari auctor est. Ac pariter *Σινδόν* (non *Σίνθον*, ut minus emendate editur) ab Arriano¹⁶³) nominari animaduertas annem eundem. Ptolemaeus¹⁶⁴) quoque vnum ex *Indi* ostiis *Σίνθον*, vel potius *Σινδόν* appellat. Et Abulfeda¹⁶⁵) commemorat urbem *Sind*, quinque dierum itinere a *Supara* distantem. Itemque Hesychius: *Σινδοί, ἔθνος Ἰνδικόν*. Distinguitur enim inter *אלשנר ואלהנר* *Sindiam et Indiam*, ut, qui in utraque *Indi* ripa iacet terrarum *quarundam* tractus, *Sindia*; qui cis et ultra *Gangem*, *India* dicatur¹⁶⁶).

Supara

- 159) in thesaur. geogr. sub v. *Vppara*.
 160) post nr. 67).
 161) Chan. I, 35. col. 626 extr.
 162) hist. nat. VI, 20 pr.
 163) peripl. mar. Erythr. p. 163. Quem locum attingens Ortelius in thesauro suo (v. *Sinibus*) peraeque pro *Σίνθος* reponi vult *Ἰνδος*, quia ποταμὸς proxime antecesserit. Sed pag. sq. iterum Arrianus: *μετὰ δὲ τὸν Σίνθον ποταμὸν κ. τ. λ.* vbi ratio illa non valet.
 164) geogr. VII, 1. pr.
 165) in operis geogr. cod. Paris., quem laudat Michaëlis spicil. geogr. P. II. p. 201.
 166) S. Sprengels Besch. der wichtigst. geograph. Entdeck. S. 171. 176.

Supara illa ab Arabibus effertur שופארה *Suphara*, vt in spicilegio suo geographico¹⁶⁷⁾ docuit Michaëlis. Idem alibi¹⁶⁸⁾ obseruat, libertate Hebraicae linguae orthographica triplicem admitti scripturam nominis אופר. Nam praeter hanc ipsam אופר quoque et אפר legibus grammaticis conuenire. Quodsi ergo sibilum, vt mos est, ex Arab. שופארה abiicias, permutesque terminationem muliebrem cum virili: orietur nomen אופאר, quod quin ipsissimum sit Hebraicum אופר, vix quisquam sibi dubitandum existimabit. Quidni enim perinde אופר, atque אופר enunciari liceat Hebraicum אופר? Sin autem minus (quod tamen nemo dixerit), cur Hebraeis non tantundem valeat forma אופיר, quantum Arabibus forma אופאר?

Sed prioribus nec formam אופר, vel pausa gratia אופר fuisse inusitatam, satis apparet ex illo אופו, quod occurrit Ierem. X, 9. et Dan. X, 5. Ac Ieremiae quidem locus ita habet: כסף מרקע מסף מואפו מתרשיש ויבנה חזק מאופו *Argentum diductum ex Tbarsisa, et aurum ex Vphaza apportatur.* Danielis autem hic est locus: *Sublatis vero oculis, conspexi virum quendam, bysino vestitu indutum, ומתניו חזרים* cuius latera auro Vphazano erant succincta, cuiusque corpus referebat gemmam Tbarsisensem. Nimirum utrobique aut restitui debet אופר, cum ר; aut si sana est lectio, ר et ך haud secus inter se permutata fuere, atque idem contigit in חורשתאן *Churisthan* et חוזשתאן *Chuzisthan* ac similibus¹⁶⁹⁾. Praeterea hic litterae caninae in sibilantem transitus potissimum animaduertitur in extremitatibus verborum. Sic Graeci μάγρος et μάγρος, Latini *Gadir* et *Gadis* atque id genus alia.

Coptica etiam lingua *Indiam* vocari שופר obseruauerat Relandus. Nec sine causa Michaëlis¹⁷⁰⁾ contra eum monere videtur, non ex septuagintaaurali demum interpretatione id verbi in illam per-

167) P. II. p. 200 sq.

168) l. c. p. 185.

169) Vid. Abulfed. opus geogr. Tab. IX. pr. et ibi Reiskium.

170) spicil. geogr. P. II. p. 199. annot. (***)

peruenisse; sed eadem ex antiquo sermone Aegyptiaco fuisse conseruatum. Cum autem hoc modo *veteres Aegyptii* pariter, ac *Iudaei Alexandrini* et *Iosephus*, quorum singulis veri cognoscendi fuit summa facultas, in eo conuenire deprehendantur, vt *Sophiram* habeant pro *India*, cumque hanc *Sophiram* ab Hebraeorum *Ophira* nihil differre in confesso sit, et eandem quoque propius designet vel *Ara-
bum Suphara*, vel *Supara* Ptolemaei et *Arriani Vppara: Ophiram* esse *Indiae citerioris partem*, *Suparae emporio terraque circumiacente constantem*, iure quodam nostro dictis ex indiciis colligere posse videmur.

Consulto huc vsque tacui de mercibus, a classe Solomonea ex *Ophira* aduectis. Nam *Saurinus Relandum*, vt iam supra aliquatenus commemoravi, plurimis auctoritatibus abunde docuisse testatur, earum omnium cum in aliis *Indiae* partibus, tum praecipue in tractu *Vpparano* ingentem sane copiam inueniri. Atque etiam si *Solomonei* non ex hoc ipso cunctas petiisse putandi sint ¹⁷¹): tamen reliquas in itinere comparari ab illis potuisse, vel ex vno *Arrianeo maris Erythraei periplo* quilibet facile intelligat. Alioqui earum fere nullas non *Indiae* vindicet solus hic *Diodori Siculi locus* ¹⁷²): ἔχει δὲ (ἡ Ἰνδική) καὶ τῶν ἐλεφάντων ἀπίστον πλῆθος. ὁμοίως δὲ χρυσόν, ἀργύρον, σίδηρον, χαλκόν. πρὸς δὲ τούτοις λίθων κρυσταλλῶν καὶ πολυτελῶν ἐν αὐτῇ ἴστι πλῆθος. ἐτι δὲ τῶν ἄλλων ἀπάντων σχεδόν, τῶν πρὸς τρυφὴν καὶ πλοῦτον διατεινόντων, *Habet autem India elephantiurum quoque copiam incredibilem, similiterque aurum, argentum, ferrum, aes. Praeterea lapillorum quorumlibet pretiosorumque in ea est multitudo, ac ceterarum rerum fere omnium, quae ad luxum diuitiasque pertinent.*

Sed *Ezech. XXVII, 12.* varia etiam metalla, quae in mercibus illis *Solomoneis* non numerantur, כרזל ברזל ופפרת ferrum, *Stannum* et *plumbum* *Tyrii* suppeditasse dicitur *Tharssisa*. Et sicut *Dio-*
F
dorus

171) *Arrianus peripl. mar. Erythr. p. 130.* καὶ οἱ μὲν προσηγουμένως εἰς ταῦτα τὰ ἱμῶρα πλέουσιν. οἱ δὲ κατὰ τὸν παραπλοῦν ἀντιφορτίζοντα τὰ ἱμῶροντα, *Et alii quidem destinato in haec emporia nauigant; alii autem in transitu mercibus obuiis vicissim operantur.*

172) *lib. II. cap. 16. comprehensus.*

dorus modo ferrum tribuebat Indiae: ita et Arrianus ¹⁷³⁾ commemora-
 rat εἰδέναι Ἰνδικόν, qui ἐπὶ τῶν ἰσθμῶν τῆς Ἀραβίης ad interiora Arabiae
 loca deportetur. Barygaza autem et ad alia quaedam Indiae emporia
 idem Arrianus ¹⁷⁴⁾ conuehi tradit non solum χαλκὸν aes; verum
 et κροσίτερον καὶ μόλυβδον stannum et plumbum. Nam duo haec metalla
 illinc haud dubie rursus in loca extera deferebantur. Nam ab
 iisdem Barygasis ad bina maris Persici emporia proficisci ait Arria-
 nus πλοῖα μεγάλα χαλκοῦ magna nauigia, αὐτὸν οὐκ ἴστω, quod similiter
 Barygaza illa prius comportatum esse vidimus. Immo hodie quo-
 que Indiam ferro, stanno ac plumbo etiam abundare notum est ¹⁷⁵⁾.

Praeterea quae ad Solomonem peruenisse leguntur merces
 Tharsisenses, de harum nonnullis parum adhuc constat, quia
 earum nomina aut deprauata, aut certe nondum satis cognita ac
 perspecta videntur. Istis igitur an aliquid vel medicinae adferre,
 vel lucis adfundere queamus, non alienum erit experiri. Attulis-
 se naues Solomoneae ex profectioe Tharsisensi duobus locis ¹⁷⁶⁾
 perhibentur etiam שֵׁן הַבְּנִים. Hanc ego nihili vocem esse puto,
 cui substitui debeat שֵׁן הַבְּנִים, vt eadem naues apportasse dicantur
 ebur, eburnum, et quae deinceps percensentur locis commemo-
 ratis. Simili ratione שֵׁן וְהַבְּנִים iungit Ezech. XXVII, 15, קַרְנֵת
 אֶשְׁכְּךָ (leg. קַרְנֵת). Cornua, ebur et eburnum do-
 no adferunt tibi. Perperam שֵׁן קַרְנֵת connexuisse videtur is, qui
 interpunxit verba illa, vocalibusque ea instruxit. Nam et cornua
 sunt inter merces pretiosiores, ideoque passim cum ebore compo-
 nuntur. Arrianus ¹⁷⁷⁾: ἀπὸ μὲν Βαρυγάζων εἰς ἀμφοτέρωτα ταῦτα τῆς
 Περσίδος ἰμπόρια (ἐξαγείζονται) πλοῖα μεγάλα χαλκοῦ — καὶ κροσίτων.
 A Barygasis in utrumque hoc Persidis emporium mittuntur nauigia
 magna

173) peripl. mar. Erythr. p. 146.

174) ibid. p. 170 et p. 173.

175) S. Kltigels phys. Geogr. in f. Encyclopäd. Th. II. S. 465. f.

176) I Reg. X, 22. et 2 Paral. IX, 21.

177) peripl. mar. Erythr. p. 162.

magna, in aere et cornibus onusta. Idem Arrianus alibi ¹⁷⁸⁾:
 φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλίφας καὶ ῥινόκερας, Adfertur autem ex locis
 illis ebur cum rhinocerotum cornibus. Rursus scriptor iste ¹⁷⁹⁾:
 ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλίφας πλεῖστος — καὶ ῥινόκερας
 Exportatur autem ex locis illis plurimum eboris cum cornibus rhinocero-
 tum. Plinius ¹⁸⁰⁾; Oppidum Aduliton. — Maximum hic emporium
 Troglodytarum, etiam Aethiopum. — Deferunt plurimum ebur, rhi-
 nocerotum cornua cet. Ebeni feracem fuisse Indiam ex Theophras-
 to in primis perspicitur ¹⁸¹⁾. Et Arrianus ¹⁸²⁾ quoque φάλαγγας
 ἰβηρίας palangas ebeninas Barygazis asportatas refert.

Deinde clasfis Solomonea domum aduexisse perhibetur ¹⁸³⁾
 ligna ἰνῶν, quae alio loco ¹⁸⁴⁾ vocantur ligna ἰνῶν.
 Equidem posteriorem hanc scripturam censeo esse veriorē.
 Nam et 2 Paral. II, 7. Hirus ab Solomone rogatus traditur,
 ut templi excitandi causa sibi mitteret ἰνῶν — עצי
 ligna Alummim, ex Libano petita. Et utrobique notant Masore-
 thae, Mem esse dagesatum, ut iam ipsos ita legisse appareat.

Verum ab his Alummim lignis, in Libano monte obuiis, lon-
 ge differebant illa, quae postmodum ex Ophira accipiebat idem
 Solomo. Sic enim de istis 1 Reg. X, 12. לֹא כִּנְיָן עֵץ אֲלֻמִּים וְלֹא
 נִרְמָה עַד הַיּוֹם הַזֶּה Non allata ad eam diem, nec visa erant huiusmodi
 ligna Almüggim. Ex quo tamen loco et ipso facile patet, non to-

F 2

IUM

178) ibid. p. 146.

179) l. c. p. 152.

180) hist. nat. VI, 29. med.

181) Vid. Bochart. hierozoic. P. I. l. c. 20 (opp. T. III. col. 142. exv.).

182) peripl. mar. Erythr. p. 162.

183) 1 Reg. X, 11. sq.

184) 2 Paral. IX, 10. sq.

tum omnino *genus* horum lignorum Palaestinae ignotum fuisse; sed eam duntaxat illorum *speciem*, quam ex Ophira apportauerant Solomoni. Neque enim *talia ligna* vniuerse; sed talia *Almüggin* ligna ibi visa esse negat locus recitatus.

Quasnam igitur arbores esse dicemus *Libani* אלגומים? Equidem *pinus* significari eis haud dubito. Quippe Solomon 2 Paral. II, 7. in templi vsum ab Hiram petiisse proditur עצי ארזים ברושים ואלגומים מהלכבון *cedrorum, abietum et Algummim ligna, ex Libano* adferenda. At in narratione scriptorum sacrorum de templi aedificandi ratione ac modo, praeter cedros et abietes, non memorantur alia ligna, ad hoc construendum adhibita, quam quae in ea narratione עצי שמן *ligna pinguis* appellatur. Haec ergo non discrepent oportet ab עצי אלגומים. Iam עץ של שמן occurrit in Talmude ¹⁸⁵), ibique ab עץ של זית *oleae ligno* non distinguitur modo; sed ei etiam opponitur. Illius quidem loci causa Buxtorfius ¹⁸⁶) de עץ של שמן obseruauit haec: „Bartenora scribit, se „audiuisse, esse arborem, quae vernacule vocatur פינו, *pino*, „*pinus, pinaster*, Arabice צינובור. Pro *pinis* autem *lignis* עצי אלגומים *ligna Algummim*, ex Libano quidem caedenda, pariter habuerunt οι δ, qui ξύλα πεύκινα vertunt. Arque vt cedris potissimum: ita *pinibus* quoque abundabat Libanus ¹⁸⁷).

Nec eam potestatem του אלגום non confirmare videtur ipsa huius verbi notatio. Nam το אל similiter articulum, quem vocant, Arabicum in eo esse censeas, vt idem in אלקים *populus, cinnis*, me quidem iudice, rectissime pro eo articulo accipiunt Po-

185) Tamid, ep. 2. mf. 3.

186) in lex. Chald. v. עץ.

187) Vid. in Reland. Palaest. I, 18. p. 326. sq. laudata ibi Cyrilli et Phocae loca.

rockius et Castellus¹⁸⁸⁾. Vnde remanet adhuc **דג**, quod a **דג** descendere arguit pluralis **דגים** l. **דגים**, in quo prius Mem dagesatur. **דג** vero Talmudicis valet incidit, sicut Arabibus diffidit, dissecuit, et Syris amputavit. Quare **דג** l. potius **דג**, cum Dages, est incisura, speciatimque Chaldaeis incisura soli, h. e. fossa siue incile; Rabbinis autem incisura seu lacunula in cultri acie. Deinde idem **דג** et **דג** metonymice indicat pinguedinem illam, quae eiusmodi incisuris elici ex arboribus quibusdam solet, i. e. resinam. Hinc vtrumque verbum metaphora, nec aliis linguis insolita, Talmudicis notat gummi, et quidem tale, quale ad atramentum conficiendum usurpatur. Itaque **דג** (a **דג**), cum terminatione velut gentilicia, et per syncopen consuetam¹⁸⁹⁾ **דג** arborem resinofam, speciatimque pinum significabit.

Haud secus ergo et **דג** **דג** **דג** Ophirenses pinorum quoddam genus sonare debebunt. Hoc quodnam sit, discemus partim ex Iosepho¹⁹⁰⁾, qui de ipsis ita: ἐκομίσθησαν δὲ ἀπὸ τῆς Χερσῆς καλουμένης Γῆς τῶ βασιλεῖ (Σολομῶνι) — καὶ ξύλα πεύκινα. — πάντων δὲ τῶν πρόποτε κομισθέντων αὐτῷ τὰ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐνεχθέντα καὶ μεγέθει καὶ κάλλει διέφερον. ὑπολάβη δὲ μηδεὶς, ὅτι τὰ τῆς πεύκης ξύλα τοῖς νῦν εἶναι λεγομένοις, καὶ ταύτησ' ὑπὸ τῶν πιπρασκόντων τὴν προσηγορίαν ἐπὶ καταπλήξει τῶν αἰουμένων λαμβάνουσιν ἔστι παραπλήσια. ἐκεῖνα γὰρ τὴν μὲν ἰδέαν ἐμφερῆ τοῖς σκίνοισι γίνεται, λευκότερα δὲ ἐστὶ καὶ στίλβει πλέον, Adferebantur autem regi Solomoni ex Auzca Terra, quae dicitur, etiam ligna pinea. Quae vero tum aduehebantur. omnibus inquam ei apportatis et magnitudine, et pulchritudine praestabant. Ne quis autem putet, pinea illa ligna fuisse eis adfinia, quae nunc ita vocantur, et hoc a venditoribus nomen accipiant, ut in suporem rapiant emtores. Nam ipsa sunt ficulneis specie similia; sed magis cadent splendentque. Non hoc sibi velle potest Iosephus, ut pineorum ligno-

188) Hic quidem in lex. Hebr., ubi Pocockium citat ipse.

189) Sic in patronymicis **דג** pro **דג** a **דג**, **דג** pro **דג** a **דג**.

דג, **דג** pro **דג** a **דג** cet.

190) antiq. Iud. VIII, 7, 1.

lignorum nomine commoueri queat eorum admiratio (erant enim ista et apud Palaestinae incolas haud parum vulgaria¹⁹¹); sed ut talium lignorum, in Terra Aurea siue India genitorum. Haec enim non illa quidem genere; at specie tamen a Palaestinis valde erant diuersa. Nam ex Indicis etiam instrumenta musica fiebant. I Reg. X, 12. Fecitque rex Salomo de lignis pincis (ex Ophira allatis) כְּנֹוֹת וְנַבְלִים לְשָׁרִים — citharas et nablia cantoribus destinata. Idem refertur 2 Paral IX, 11. Talia autem instrumenta cum hodie adhuc fabricantur e lignis abiegnis, tum apud Hebraeos inde parata esse constat ex 2 Sam. VI, 5. Dauides autem et omne nomen Israeliticum canebant coram Ioua כָּל עֵצֵי כְּרוֹשִׁים וְגו' omnis generis instrumentis, quae e lignis abiegnis conficiuntur, tam citharis, quam nabliis et tympanis, fistris item ac cymbalis. Quare cum Indica illa ligna candore etiam excelluisse tradat Iosephus: ex eo pinorum genere fuisse ipsa videntur, quod nostris dicitur Edelstanne, Weisstanne, Weißfichte; Linnæo quidem pinus picea; Millero autem pinus abies alba.

Inter alias merces, Barygazis exportari solitas, Arrianus¹⁹²) *Σύλα Σαγάλινα* quoque *αγύ δροκός* refert. *Sagalina* haec ligna Salmafius¹⁹³) esse vult *σατάλινα*, *σαυτάλινα*, *σαυδάλινα*. Ipse tamen potius dicta putem a *Sagalis* siue *Sangalis*. Plures eo nomine vrbes in citeriori India occurrunt, velut quam et *Sagala* et *Euthymediam* appellatam scribit Ptolemaeus¹⁹⁴), et quae *Sangala* apud Arrianum¹⁹⁵); apud Polyænum¹⁹⁶) vitiose *Salgala* vocatur, eademque apud hos ambos legitur per Alexandrum esse expugnata ac diruta. Neutra tamen lignis illis videtur nomen dedisse; sed *Sangalorum* regio, quae ab Indi ostio maxime dextro ad occidentem versus iuxta

oceae-

191) Vid. sup. nr 188.

192) peripl. mar. Erythr. p. 162.

193) exercitac. Plinian. p. 1032.

194) geogr. VII, 1.

195) de expedit. Alex. V, 22. sqq.

196) Strategem. I. IV. vbi de Alexand.

oceanum porrigitur. In editis quidem Arriani¹⁹⁷⁾ exemplari-
bus ista dicitur Σάγγαλα. Verum facile patet, ab auctoris manu
esse vsuratum illud Σάγγαλα, Δ et Λ inter se permutatis. Vnde et
commemoratum modo Indi ostium, quod regionem eam alluit,
similiter plane Σάγαλα (non Σάγαπα, vt est in vulgatis) vocari tra-
dit Ptolemaeus¹⁹⁸⁾. Permultas in Sangalorum regione fuisse
arbores, ad nauigia fabricanda idoneas, iccircoque haud dubie
etiam pinus, ex eo colligitur, quod cum in ostio, illam regionem
terminante, male habitae essent αἱ πλείοται τῶν νεῶν pleraeque naues,
quas oceanum per id petens Alexander ducebat secum, maiori-
bus quoque nonnullis omnino dissolutis, idem alias earum loco
ibi aedificasse traditur¹⁹⁹⁾. Adde, quod nauigia quaedam Indica
dicebantur Σαγγαλῆα sine Σαγγαλᾶ. Arrianus²⁰⁰⁾, de occidentalis
Indiae parte australi exponens: ἕτερα δ' (ἴσθι πλοῖα), ἐκ μονοξύλων πλοῖ-
ων μεγίστων ὑφ' ἧς ἐξευμένων (leg. ὑφ' ἧς ἐξευμένα ἢ λεγόμενα Σάγγαλᾶ
(rescrib. Σαγγαλᾶ), Aliae sunt naues, maximarum monoxylarum iunctu-
ra confectae, quae Sangaleae vocantur. Hinc eiusdem Arriani ξύλα
Σαγγαλῆα fortasse sunt illa ipsa, quae a sacris scriptoribus appel-
lantur עצי אלגונים. Cumque a δερκοῖς trabibus ea discernat ille:
पालंगानुं duataxat et tabularum forma videntur esse exportata.

Porro quod 2 Paral. III, 6. עֲצֵי פְרוּרִים commemoratum legi-
mus, פְרוּרִים non proprium; sed commune nomen esse reer.
Nempe verbum Arabicum est פְרוּרִי secuit, speciatim ad bene concinnan-
dum, deinde concinnauit, finxit, idque bene in primis. Vnde no-
men Arab. פְרוּרִי significat rem bene concinnatam l. fectam; postea au-
tem vniuerse rem praeclaram, magnam quoque ac mirabilem. Si-
militer ergo Hebraeum פְרוּרִי erit res praeclara ac praestans, posito-
que subiecto pro adiuncto, praestantia, et duali numero, vim au-
gendi

197) hist. Ind. c. 21. extr.

198) geogr. VII, 1. aliquoties.

199) Arriano de expedit. Alex. VI, 18.

200) peripl. mar. Erythr. p. 176.

gendi habente ²⁰¹⁾, פרוים *magna praestantia*. Ex quo sequitur, ut פרוים זהב denotet *aurum praestantissimum*. Quale etiam perhibetur idem hoc aurum loc. cit. comm. anteced., vbi זהב טוב *aurum optimum* vocatur.

Denique Michaëlis ²⁰²⁾ locum paullo difficiliorem, quem Relandus silentio praetermiserit, exstare ait apud interpretes Alexandrinos Ies. XIII, 12. vbi כתם אופיר ab iis vertatur ὁ λίθος ὁ ἐν Σουφείρ. Igitur ut dicam, quod sentio, כתם proprie notet κειμήλιον quodcumque, seu quamlibet *rem pretiosam*, quam *recondas*. Ducitur enim a כתם *recondidit*, ut κειμήλιον a κείμαι *reconditus sum*. Hinc LXX. τὸ כתם acceptum voluerunt pro λίθος *pretioso*. Quod quidem λίθος vocabulum si more solito tanquam *collectivum* ab illis usurpatum censeas: ὁ λίθος ὁ ἐν Σουφείρ iisdem sonabit *lapillos Saphirenses* siue *gemmas Indicas*.

Ceterum ex ostenso Tharsisae et Ophirae situ falli eos apparet, qui *Indiae* mentionem apud *Mosen* desiderari existimant propterea, quod cum alibi, rum Gen. X. nihil ille de הרו. Etenim הרו ista, in *Estherae* demum libro nominata, diuersa omnino est ab ea *Indiae* occidentalis parte, quam *Ophiram* in sacris litteris vocari, et sub *Tharsisae* nomine comprehendi vidimus. Imperasse *Ahasuerum* constat ex *Esth.* I, 1. et VIII, 9. מֶהָרוּ וְעַד כּוּשׁ ab *Hoddu* usque ad *Aethiopiam*. Sed *Aethiopia* nunquam effecit regni *Persici* partem. Itaque nec הרו pro tali hic parte erit habenda. Ex quo cogitur, utraque regione illa indicari tantum duo ultimos eiusdem regni terminos. At enim inde ab *Dario*, *Hystaspis* filio, fane *Persis* subiecta fuit *borealis India ad Acesinem usque annem* ²⁰³⁾, cuius pars se-

201) Vid. Storr. obseru. ad anal. et synt. Hebr. p. 101 sq.

202) spicileg. geogr. P. II. p. 200.

203) Vid. Herodot. IV, 44. et III, 117. coll. Mannerti Geogr. der Grich. u. Röm. P. V. p. 12.

septentrionalis haud procul a Gange decurrit. Vnde הַיַּרְדֵּן non vniuersam Indiam significat; sed eam duntaxat ipsius partem, quae Arabibus dicitur הַיַּרְדֵּן *Hindia*, quamque Gangi adiacere monuimus ante ²⁰⁴. Nam hanc re vera attingere debuit imperium Persicum. Ex quo fit, ut הַיַּרְדֵּן illam silentio praetermittens *Hindiam*, sine dubio adhuc sibi ignotam; non *Indiam omnem* tacuisse arbitrandus sit Moses.

Atque haec habui, quibus vtramque navigationis Solomoneae metam declarare anniterer. Venio nunc ad pubem scholasticam, in bonarum artium studio apud nos versantem. Eius recensio instituetur a. d. X. Calend. Mai., inde ab hora temporis matutini nona, idque iam in Rectoris domicilio, et aestiua huius diaeta ea, in quam ex area interiori eatur. Qua lustratione peracta, in academiam commigraturi de nostris nonnulli singulis orationibus lingua patria pronuntiandis fungentur vltimo pietatis in Lyceum istud suae officio. Et primum quidem

IO. CHRISTIAN. BIERWIRTH,

FLENOPOLITANVS,

An recte culpentur, quaeret, qui ita sibi quidque expetendum censeant, ut ad bene beateque viuendum conducat maxime. Deinde

ASMVS BACKMANN,

VCKA-TONDERANVS,

Veram felicitatem nemini inaccessam esse ostendet. Postremo

IO. HANSEN,

SVENSBYA-FLENOPOLITANVS,

Vitae rusticae suauitatem collaudabit.

G

Vicum-

204) proxime ante nr. 166.

Vtrumque hoc sollempne vt volentes frequentent SENATVS
AMPLISSIMVS, VENERANDVS ORATORVM SACRO-
RVM ORDO, ceterique rerum nostrarum ac litterarum adeo
ipfarum fautores, obseruanter admodum humaniterque rogo eos
st oro. P. P. Flenopoli a. d. XVII. Calend. Mai. clcclccc.

istud sine officio. Et primum dixerit
hanc parte pronuntians inquit. Anno pietatis in Lyciam
demum commigratum de illis donnulli singulis orationibus
in quam ex aere interiori erat. Quae in ista oratione petenda, in ec-
nona. idque iam in Restoris domicilio, et aethra hinc dicitur es
stingerit a. d. X. Calend. Mai. inde ab hoc temporis manum
in donum etiam studio nosse viderem. Hinc recentis in
magna declarata auctoritate. Venio hanc ad pulchrum scholasticum
Atque haec habui, quibus verissime nunguerentis solomonice

IO. CHRISTIAN. BIERWIRTH

FLENOPOLIENSIS

in hoc oratione dixerit, quae in illi quibus experimentum conferat
in ad hanc partem dixerit in hanc oratione. Deinde

ASMVS BACHMANN

FLENOPOLIENSIS

hanc orationem dixerit in hanc oratione. Postremo

IO. HANSEN

FLENOPOLIENSIS

hanc orationem dixerit in hanc oratione

G

Vtrum

504. primum oratione in 1755

Addenda et Corrigenda.

Pag. 27. vers. 7. haec velim subiicias: Post עברי omittitur אל
aut ל. Sic Jerem. II, 10. עברו איי כתיים *Transi-*
siste ad maritimas Citiensium oras. 2 Reg. VI, 9.
הזהר מעבר המקום הזה *Cave ad hunc locum acce-*
das. Iud. XI, 29. עבר בני עמון *A Missa Gileaditica perrexit ad Ammonitas.* Eae-
demque particulae et post alia *mouendi* verba re-
ticiuntur, e. c. 1 Reg. XIV, 4. 2 Paral. XXXIV,
30. Prou. V, 5. pluribusque locis non paucis.

- 5. — 1. pro Hebraeico leg. Hebraico.
- 8. — 21. p. igitur l. ergo.
- 10. — 1. p. Καρηίας l. Καρηίας.
- 13. — 8. p. Almoggim l. Almüggim.
- — — p. pretiosus l. pretiosos,
- 14. — vlt. p. 128) l. 130).
- 16. — 9. p. accidisse l. euenisse.
- — — 15. sq. p. auctoris l. auctores;
- 17. — 3. p. ὀνομασεν l. ὀνόμασεν.
- — — 22. post *pro* tollatur interpunctio;
- 18. — 14. p. rutum l. rum.
- 25. — 4. sq. p. locule tarunt l. locupletarunt.
- 27. — 2. p. ארץ l. ארץ.
- 32. annot. 135) p. II. l. II.
- 35. proxime ante vers. vlt. inser. haec: 147) Phal. IV, 29.
col. 281.
- 40. vers. 10. p. Hebraicum l. Hebraicum.


Reliqua operarum peccata, quae pauca sunt, neminem temere
offendent.


Abbeas et Corrigenda

Reliqua operum peccata, quae paucis sunt, nominatim tenentur
ostendant.

40.	verf. 10. p. Hebraicum l. Hebraicum
38.	proxime ante verf. vii. habet. haec: 147) Phil. IV. 22
37.	anno: 135 p. II. 11.
36.	p. vii. 171.
35.	p. locis tantum l. locupletantur.
34.	p. tum l. tum.
33.	post pro totum in interpretatio
32.	p. dicitur l. dicitur.
31.	p. audistis l. audistis.
30.	p. accidit l. euenit.
29.	p. 128 l. 130.
28.	p. praefatus l. praefatus.
27.	p. Almaggi l. Almaggi.
26.	p. Regium l. Regium.
25.	p. iam l. ego.
24.	p. praefatus eg. Hebraicum.

39. Item V. p. pluribus locis non pauca
dicuntur, e. g. 1 Reg. XIV. 4. Paral. XXIV.
demque particulae et coll. g. sumuntur verba re-
A Missa dicitur praeter ad amantem. Ita-
dem. Sub X. se. p. 107. 107. 107. 107.
The. dicitur se. p. 107. 107. 107. 107.
est ad manuum dicitur. e. g. 107. 107. 107. 107.
ant. sic Item II. 10. 107. 107. 107. 107.
38. verf. 7. haec verba subiacet: Post. 107. 107. 107. 107.





ωπον τέλειον ἐν Χριστῷ, Nos Christi (doctrinae Christianae) appetitamus, unicuique tradentes totam sapientiam diuinam, Christum (per eius doctrinam) efficiamus unumquemque omni-
nis absolutum.

cum ita sint: excussum hactenus Matthaei locum sic
ndum arbitror:

cti igitur in persuasionem salutarem adducite cunctas
Et lustrali quidem aquae eas immergite, ut Patrem et
butumque huic spiritum diuinum profiteantur. Caelesti
trina impertite easdem, ut seruent omnia, quae vobis

e haec de argumento proposito. Reliquum est, ut paullo
commemorem sollempnia, a. d. XVII. Calend. Mai. apud
randa. Namque post horam matutinam eius diei nonam
nostro fuscipietur litteraria cunctorum huius alumnorum
Qua peracta, ex eorum primoribus sua quisque vice in
adscendent iuuenes quinque, patria omnes lingua dicturi.
atuor propediem concedent in ampliora academiae spatia,
e ex iam nominandis nouissimo, hic etiamnum remanente,
autem

IOANNES BOYSEN
FLENOPOLITANVS

ritu Darii Codomanni verba faciet. Deinde exponet

IACOBVS